

PRO  
PIORVM  
RECREATIONE:  
ET IN HOC OPE  
RE CONTEN-  
TA.

Epistola ante indicem.

Index contentorum.

Ad lectores.


Paradysus Heraclidis.

Epistola Clementis.

Recognitiones PETRI apostoli.

Complementum epistole Clementis.

Epistola Anacleti.



**JACOBVS STAPVLENSIS REVERENDO PATRI.D.  
IACOBO RAMIRIO EPISCOPO CATINENSI.**

**F**raclidis Alexandrini / & recognitionum PETRI apostoli libros / eos arbitror qui legerint / duplarem sue lectionis reportatores mercedem / pie tatis videlicet artq; doctrine. que duo precipua videntur que hominum metes ad deum elevent: sine etiam quibus ianua vite semper clausa videtur. Quare opere premium me facturum duxi / & presentibus & futuris: si libros illos vetustate & situ in antiquis bibliothecis marcentes / recognoscere / recognitos autem quasi de carceris squallorib; exemptos plurimorum (& presertim eorum qui religiosa mente sunt) virorum oculis legendos ingererem. **E**t eo quoq; libentius Heraclidis veracem historiam / humili christianoq; stilo & simplici veritate absq; vlo fuso subnixam ingessi: q; nunc de patribus egypti pro vera legatur historia titulo Hieronymi / quam in ea que est ad Ctesiphontem epistola ipse Hieronymus accusat atq; damnat / eam Rufini esse declarans / complura pro veris falsa continent. **D**e recognitionibus vero PETRI per Clementem gloriosum Christi martyrem: non aliud afferre possum iudicium / q; quod celebratissime memorie afferre solebat Mirandula / doctrinam continere apostolicam. Nec beatissimus martyr Anacletus aliud sensisse videtur: cum Clementem predecessorem suu apostolicum virum & spiritu dei plenum citat. **E**t arbitror te studiosissime presul multo amplius (cū legeris) opus ipsum probaturum: q; vanitatum gen<sup>o</sup> omne / penitus eliminet. primi nāg magie ludificamenta confutat: ne quis postmodum errorum suorum cōfugia sub alicuius magie velamento querat . nam profectio nulla bona est . & figmentum est vllam esse naturalem vllāue bonam / & eorum qui sub honesto nomine nequitiarum suarum ad multorum perniciem velamenta querunt. Confutat etiam diuinitoriam astrologiam longe serpens & a multis etiam nūc receptum malum / & quaphionici / necromantici & impuri theurgici omnes / sub peritie astrorum nomine suas contegunt impietas. Cultum etiam gētilium deorum / & rituum insanias funditus extirpat: & doctrinam totius pietatis agnitionisq; divine summam continent mentibus humanis inserit. Igitur hoc opus a primis nostre religionis profectū episcopis / & ex grecia ad Gaudentiu gloriosum Christi martyrem / pariter & Arminēsiū episcopum / Romano sermone directum: ad te etiam episcopum mitto / quasi suo quodam hereditario iure de episcopis transfeat ad episcopos. ad te inquā religiosi propositi virum / & ex Gudmanorum familia (vnde & beatissim⁹ Dominicus totius gregis predicatorum dux) ortum. per te / Christianum & sancte eruditio[nis] PETRI apostoli opus celebres Hispanie legent. q;q scribit & Sophronius beatissimum apostolorum principem PETRVM / dum etiam ageret in humanis inuisisse hispanias. Vale. Parisiis. X. Februarii. M. D. III.

**Liber dict⁹ vi  
te patrum nō  
est cōposit⁹ ab  
Hieronymo**

**Mirandula  
Anacletus.**

**Magia**

**Astrologia  
iudicaria**

**Cult⁹ gētiliū.**

**Gaudentius**

**Sanctus Do-  
minicus  
Sophronius**

**INDEX SEVENTIVM  
LIBRORVM HERACLIDIS  
VIDELICET ATQ<sub>3</sub> RECO-  
GNITIONVM PETRI.**

Heraclidis Alexandrini prologus.  
De Isidoro presbytero  
De quadā virgine/nomine tantū  
De Apolonio  
De Macario  
De sancto Nathanaele  
De duobus magnis Macariis  
De Moiseo egyptio  
De Paulo monacho  
De Chronio presbytero  
De Paulo quodam Rustico  
De Pachomio  
De Stephano  
De Valente  
De Herone  
De Ptolemeo  
De virginē hierosolymitana  
De Helia  
De Piamone virgine  
De Pacomio  
De tabennensiotis feminis  
De alia virgine  
De Ioanne  
De Possidonio  
De Serapione  
De Euagrio  
De Piore  
De Moise lybico

De Effren diacono	25
De Paula matre Eustochii	25
De Iuliano	25
De Innocentio	26
De Philoromo presbytero	26
1 De Melania	27
2 De Chromo	27
3 De Iacob	27
6 De responsionibus ad interrogata	27
6 De Elpidio	29
7 De Gaddano	29
7 De Helia	29
11 De Saba	29
12 De Habramio	29
12 De melania	29
13 De olympiade	30
15 De Candida	30
15 De Salomone	30
16 De Dorotheo	31
16 De Capitone	31
16 De Amara	31
17 De Melania iuniore	31
17 De Pammachio	32
18 De Athanasio & virgine alexadrina	32
18 De Iuliana	32
19 De iuuene qui maluit mori q̄ vir- ginem Christi stuprari	32
20 De excomite & Bosphoria	33
21 De Magna	33
21 De monacho misericordi	33
23 De Eustachio lectore	34
24 Desocio Heraclidis	34
24 Peroratio libri ad Lausum	35

**CAPITA LIBRORVM RECOGN**

**TIONVM PETRI.**

**CAPITA PRIMI.**

I	Que Clemens gentilis versaret in animo	40
II	Barnabas primus Rome Christum annunciat.	41
III	Barnabas iudeam repetit: Clemens sequitur.	42
IV	Collocutio PETRI & Clementis.	42
V	Dillatio disputationis Simonis magi/& instructio Clementis	43

VI	De Genesi gigantibus et viginti generationibus.	44
VII	Collectio ab Abraham ad vocationem apostolorum a Caypha & sacerdotibus.	45
VIII	Omnia per Christum ordinata / & de lectis in aduentu eius.	47
VIII	Sermones duodecim apostolorum.	48
X	Seditio orta in populo predicante Iacobo.	50
	CAPITA SECUNDI LIBRI.	
I	Socii PETRI / & q̄ Simon magus vafro sit ingenio/ & quis sit & cuius lecte.	51
II	Prestigie Simonis magi.	52
III	PETRVS de dei benignitate / & hominū temeraria/ in deum audacia.	53
IV	PETRI cōflictatio & Simonis magi de pace.	54
V	De eodem / & de incomprehensibili & ignoto deo.	56
VI	De eodem / & bono deo factō a Simone mago.	58
VII	Eiusdem cōfutatio a PETRO : & q̄ nō omnē quod in cogitationem hominū venit verum sit.	60
VIII	PETRVS seorsum vescebatur a nōdū purificatis.	61
	CAPITA TERTII LIBRI.	
I	PETRVS iterum Simonem magum congreditur.	62
II	Nō vnde malū vt Simon regriat/ neq̄ mania: sed que ad nostram salutem pertinet/ esse requīenda.	62
III	De arbitrii potestate/ celo iūsibilis / & statu alteri⁹ vite.	63
IV	Proponitur q̄stio an imortalis sit aia: disceditq̄ Petrus.	64
V	De cosequētia audiendi: & q̄ idē sit de⁹ bon⁹ & iustus.	64
VI	Q̄ deus iustus / & de futuro dei iudicio	65
VII	De immortalitate anime.	66
VIII	Simon magus vixtus/ blasphemias/ cumulat/ qui cum Christo credidisset: apostata discessit a fide.	67
VIII	Cur permittit de⁹ malos/ possessionē regni celorū a deo esse petēdā/ & nomē magi malū/ id est cōmē magiam malam esse.	67
X	Vanos & curiosos eo ipso peccare maxime/ q̄ negligat perquirere ea que saluti sunt necessaria: & que ligna ma- ligni in fine mundi.	68
XI	Suscipitur quidam discipulus Simonis a PETRO	69
XII	Sermo PETRI ad populum de baptismo/ de sanctis/ & eucharistia.	69
XIII	Continuitur sermo PETRI de baptizatis/ & insidiis Simonis magi	70
	CAPITA QVARTI LIBRI.	
I	Profectus Petrus a Celarea: aduentus Tripolin.	71
II	PETRI sermo ad tripolitanos.	71

III	Gratia sanitatiū/q̄ graue malum ignorantia dei/& de ope diuina nos preueniente.	71
III	De eterna pena demonū & dānatorū/& cur permitiūtur demones quosdam incursare.	72
V	De phitonibus & de ipiis:q̄ mouēt de deo nō mouēda	73
VI	De magica arte/& idololatria/quisnam Zoroaster/& de divinatione per astra.	74
VII	De rege pacis/rētatiōe dñi/& authoritate Iacobī iusti.	74
	CAPITA QVINTI LIBRI.	
I	De creatione hominis/& presumptuosa ignoratione .	75
II	De agnitione dei/& iis que ipsam impediunt.	76
III	Quod Christus a gēt:b⁹ erat expectādus/& de idolis.	76
III	De eodē & q̄ honor creatoris creature nō sit deferēd⁹.	77
V	De callida demonū per magos suasione/& de caldeis & astrologis.	77
VI	De astutia serpentis antiqui ad idola veneranda.	78
VII	Quod solus deus sit adorādus/q̄q̄ anima sic sit immor- talitatis ut etiam si mori velit non possit	79
VIII	Quod deus res curet humanas/ hominūq̄ curet amici- cias/ neq̄ moleustum illi quicq̄ esse hominū preces.	79
VIII	Q̄ miseri erāt q̄ idolorū submittebantur servituti/& de penis reproborum/& castigatione proborum	79
	CAPITA SEXTI LIBRI.	
I	Necessitatī nature esse subueniendum	80
II	De verbo dei q̄ colonus sit mentis:& & quid est/veni- gnem mittere in terram.	80
III	Facile cognitu fuisse/gentes non co'uisce dcum/& de vi aquarum.	81
III	Quid confert baptismus: & de puritate religionis .	81
V	De castimonia in matrimonio obseruanda .	82
VII	Baptismus Clementis/ordinatio Maronis in episcopū/ & traditio mysteriorum ecclesie a PETRO.	82
	CAPITA SEPTIMI LIBRI.	
I	Egredit̄ Petr⁹ Tripolin phenicis vrbē:& suos ātē p̄mittit	83
II	Cibus PETRI & vestitus: & qui parentes Clementis.	83
III	De muliere mendica insule antaradī.	94
III	Q̄ ea mulier/recognita sit mater Clemētis: vt que casu geri vidētur diuina prouidētia geri certo cognoscātur.	85
V	PETRVS sanat paralyticam/& de vxore PETRI.	85
VI	Aquila & Niceta nō casu(vt videntur)sed diuina quadā & secreta ordinatione cognoscātur esse fratres Clemētis.	86
VII	Filiū irruūt in amplexus matris/id adhuc ignorantis.	86
VIII	Petit baptizari mater Clementis: differt baptismū Petr⁹.	87
VIII	Baptizat̄ mater Clemētis/& q̄ pudicia sit deo amica/	87

## CAPITA OCTAVI LIBRI.

I	Offert ordinatio diuina PETRO post filios & matrem/ etiam & patrem.	88
II	Q[uod] prouidentia dei mundus regatur	88
III	Niceta agit ex philosophis grecorū cōtra senem	89
IV	Q[uod] mūndus sit factus / & de duplice homonymo mūndo	89
V	Confutat Niceta epicuri sententiam	90
VI	Non natura sed diuina ratione atq[ue] sapientia mundum esse conditum	90
VII	Locis quibusq[ue] prouidentia esse dispositum : & que natu- re ordinem mutare videntur	91
VIII	De admirando prouidentie modo / q[uod] tunc mundus prodierit / cum eius sapientissimo opifici ut prodiret opti- mū visum est.	91
VIII	Petrus hortatur ignaros / in sapientia christiana esse in- struendos.	93
X	Omnia a mente diuina / diuinaq[ue] arte esse profecta.	93
XI	Inordinata ex prouidentia non esse / sed inordinatione create voluntatis procedere : ad quorum vltionē diui- ne legi parentia / celū & elementa beneficentiam suā mu- tare videntur.	94
XII	Cur p[ro]i cum impiis affligitur : & quod in prophetis & diuina lege solū sit ea doctrina / qua vitam a deo expe- ctare debemus.	94
XIII	De principe malorū / q[uod] non cōditione & substātia ma- lus sit : q[uod] substantia mali a deo non processerit / sed in prinatione consistat malum.	95
XIII	De presumptione cogitationis humane / & confusionē que ex ea nascitur : & de illapsu diuine cognitionis iis / q[uod] nō vane & presumptuose requirunt eā / sed pie & in sim- plicitate / & de diuinitate Christi saluatoris nostri.	96

## CAPITA NONI LIBRI.

I	De consilio & voluntate dei	97
II	De filio dei sponso eterno / de principe huius mūndi / & de astrologia genethliaca ab eodē mūndi hui⁹ principe introductione / & de prima & secunda nativitate.	97
III	De malis a prima nativitate contractis / & iis que sub- inde contrahuntur	98
IV	Quod aduers⁹ peccata remediū / & quam habeat effica- ciā futuri iudicii memoria. astrologos iudicarios falli & fallere ad sevenerētes / vanosq[ue] esse matheseos ad futuro- rum presagia calculos / inductaq[ue] demonum.	98
V	Timorem dei omnes in nobis demonum concupiscen- tias superare atq[ue] extinguere posse.	99

VI	Deliramenta astrologorum ex Genesi id est ex nativitatis punto / & eius constellatione omnia nobis mala penderent astruentium.	99
VII	Confutatio eius rei ex veritate historiarum.	99
VIII	Septem stellarum erratilium non dominari singulas singulis septem climatum.	100
VIII	Confutata erroris nativitatum vanitate / patris Clementis (dispensatione diuina ad hominum salutem) recognitio.	101
X	Puella a demonio liberata / PETRVS in puelle suscipitur hospitium.	102

### CAPITA DECIMI LIBRI.

I	PETRVS baptismū patris Clementis suadet differri.	103
II	De quibusdam placitis philosophorum.	103
III	Quod sint quidam hominū aetus boni / & quidam mali etiam ex absurdis positionibus eorum qui fatum / Gener simq; astruunt.	103
III	Quod virtus quedā maligna / non siderū influxus: malas in nobis suscitat cōcupiscētias / & quomodo probari queant astrorum vaticulī mendaces.	104
V	PETRVS nō refutat nonnulla instruī a Clemente.	105
VI	Monstrifica de dīs gentium / & indigna cōmenta que gentes olim credebant.	105
VII	Sic astu demonū gētiū ritus positos fuisse: ut sine aliquo rū offensione deorum / obseruari non potuissent.	106
VIII	Orpheum & Hesiodum gentilitie vanitatis fuisse authores / & de indigna mysteriū superstitionis sue allegoria.	107
VIII	Quod impii sunt qui res prophanas sacris applicat / & honestis velaminibus celant.	108
X	Alegoría gentilium de cena deorum.	108
XI	Presumptiones proprii sensus circa diuina summopere esse cauendas / & consortia infidelium / & in honestiorū maximopere esse vitanda.	109
XII	Non similiter precepta beate vite a philosophis / & sacris eloquiis tradi.	109
XIII	Metamorphosis atq; transformatio patris Clementis in similitudinem Simonis magi.	110
XIII	Simon magus propria arte vt Goliath proprio telo / percussus.	111
XV	Baptizatur Faustinianus pater Clementis.	111

INDICIS LIBRORVM HERACLIDIS  
ET RECOGNITIONVM PETRI  
FINIS.

# A D L E C T O R E S .

**I** Neo téporis articulo/ quo supior index typis formaretur/ quidá nostrorū/ epistolam legens protinus interrogat/ quis nam fuerit Heraclides ille/ cuius librum subieci? Nunquid Hieronymus inquit: aut Gennadius illius meminit: Nō inquam quātū ipse sciam: sed ex opere ipso/ quis nam ipse fuerit agnoscí potest/ qd Alexandrinus/ qd Christi succensus amore inter deserta & antra ferarum pauperie secutus/ qd bithynie (ipso quidē iuito ac reclamante) totius populi suffragio in episcopum suffectus. Sed & in Catalogo sanctorum/ de eo scribitur hoc paēto. Heraclides cōfessor claruit in egypto/temporibus Valentiniāni augusti : patria quidem alexandrīnus/ ab Isidoro, sancto abbati Dorotheo/ ad eremi disciplinam cōmissus/ qui defuncti Dorothei antro successit . historiam de vita anachoretarū fideliter testauit: quem librum Paradysum nuncupauit. similia etiam scripsere: qui de scriptoribus ecclesiasticis meminerunt. huius igitur sancti viri & Christi confessoris/librum subieci. **I**lle hoc auditō contentus: satis inquit de illo est. Sed illi non facile assentiar: Hieronymi/ eum librum (cui titulus est vite patrum) non scripsisse. nam ipse Hieronymus in ea regula sanctimonialium/ quam scripsit ad Eustochium/ & reliquias vīrgines Capite decimo ita scribit . dum igitur per eremorum antra/septē annis sanctos patres degentes ibidē in terris/ velut in celis angelos assistentes/assiduo labore itineris/ arduisqz viuendi incōmodis/ceterisqz innumeris calamitatibus peragrandō (de quorum vita moribusqz misericordiis que luculēter ipse perspexi: libellum compagi) qui vobis ut lucerna stat in candelabro ad meditationē religionis & vite. Vides igitur quo pacto liber de vita & moribus sanctorum patrum/ composit⁹ sit ab Hieronymo . quem enim alium certiorem qd ipsum/ aduocabimus testem : **I** Non inquam alium. sed nec diffiteor ipsum/de vita & moribus sanctorum scriptisse. Verum non ideo/continuo sequatur librum (quem vulgo vitas patrum nō cupat) Hieronymi esse. neqz sine Hieronymo teste & authore id frontis afferit epistola. Tunc tubeo afferri librum satis vetustum/vitas patrum (ceu loquuntur) continentem. simul & afferuntur epistole Hieronymi. Capita vero libri (qui instituta vite sanctorum patrum continebat) hec erant.

Ioannes	1	Syrus abbas	12	Ammonius/fratres eius
Apelles	2	Or	13	Eusebius & Euthym⁹ 23
Paphnutius	3	Ammon	14	Didymus 24
Helias	4	Beno	15	Cronius 25
Pytirion	5	Ciuitas quedam	16	Origenes 26
Eulogius	6	Theon	17	Euagrius 27
Apollonius	7	Isidorus	18	Duo macharii 28
Ammon	8	Serapion	19	Ammon 29
Copres	9	Apollonius mar.	20	Paulus simplex 30
Mutius	10	Deoscorus	21	Piamon 31
Helenus	11	Celle nyrie	22	Ioannes 32

Catalogus  
sanctorum

Heraclides  
quis fuerit

Verba Hiero-  
tymi

**A**perio deniq*e* Hieronymi ep*istolas* / & que querebatur ad C*the*siphōrem de libero  
arbitrio cōtra pelagianos hereticos / facile se nobis obtulit. infra principiū vix mar-  
gine vno: legere cepit qui nobiscum aderat / honestus iuuenis Ioānes solidus vrbe  
**C**racouia oriūdus / hoc paēto. Euagrius ponticus hyperborita / qui scribit ad virgi-  
nes / scribit ad monachos / scribit ad eam cuius nomen ingredinīs testatur / & perfī-  
die tenebras edidit librum / & sentētias peri apathias (quam nos impassibilitatē vel  
imperturbationem dicere possumus) quando nunq*a* animus vlla perturbatione cō-  
tagione & vicio commouetur: & vt simpliciter dīcam vel saxum / vel deus est. Hu-  
ius libros per orfentem grecos (& interpretante discipulo eius Rufino) latīnos ple-  
riq*e* in occidente letitāt: qui librum quoq*e* scripsit quasi de monachis. multosq*e* in  
eo enumerat: qui nunq*a* fuerunt / & quos fuisse scribit. Origenistas ab episcopis dā-  
natos esse non dubium est. Ammonium videlicet & Eusebium & Euthymium &  
ipsum Euagrium / Origenem quoq*e* & Isidorum / & multos alios quos dinumera-  
re tedium est. & iuxta illud Lucretii.

C*the*siphon

Verba Hiero-  
nymi  
Euagrius  
Melania

Rufinus

Ammonius  
Eusebius  
Euthymius  
Origenes  
Isidorus

Ac velutī pueris/absinthia tetra medentes

Cum dare conantur: prius ora pocula circum-

Contingant dulci mellis/flauoc*e* liquore.

Ita ille vnum Ioannem in ipsius libri posuit principio: quem & catholicum & san-  
ctum fuisse / non dubium est. vt per illius occasionem: ceteros (quos posuerat) here-  
ticos/ecclesie introduceret. ¶ Satis est inquam. & hec cum legisset adolescēs: recog-  
noscō inquit ille / Ioānem illū in fronte libri tāq*e* vexilliferum / recognoscō Isidori  
numero 18. Ammoniū / Eusebium / & Enthymium numero 23 / Origenem & Eu-  
agrum numeris 26 & 27. Ergo hic liber inquam teste Hieronymo potius Euagrii  
hyperborite & Rufini / q*uod* Hieronymi est: quem enim maiorem Hieronymo ipso  
requiris testē? Fateor inquit. Adiunxi preterea ex vita Ioannis / eum qui librum cō-  
posuit presbyterum non fuisse / sed solum diaconū / non senem / sed iuuenem (& ac-  
cepto libro: ita esse comperit) Hieronymum autē cum deserta petiit / & presbyterū  
fuisse / & etate senem nullus forte dubitat. Nullus inquit. Desideratur igitur liber il-  
le de quo scripsit ad virginem Eustochium: necq*e* nunc habetur. Annuit ille. adie-  
citos insuper: Hieronymus propter quem potius videbamur q*uod* eratnū discordes/  
inter nos concordiam fecit. Itaq*e* salute data / ipsoc*e* discendente / in officina mariens  
alteratiunculam nostram conscripsi. Valete: & semper que meliora & veriora  
sunt / querite.

Ioannes

**NVNC AVTEM AVDIENDVS  
EST HERACLIDES.**

HERACLIDES ALEXANDRINVS: AD LAUSVM  
P R I N C I P E M.

**N** hoc libro/qué de vita sanctorū patrum scripturis sumus: descripta est nobilis continentia/mirabilisq; cōuerlationis transactio cenobitarum pariter/ atq; anachoretarū: qui in eremo ad emulationē/imitationēq; celestium vivere cu- pientes/superni regni iter aggressi sunt. seminarū quoq; prouectarum atq; hone- starum/ac spiritualiū matrum cōmemoratio: que virili/perfectoq; sensu ad exem- plum/amorēq; diuinū/eorum qui desiderant cōtinētie ac pudicitie redimiri coro- nis/cum insigni abstinentia finire certamina. Iccirco precipiente nobis viro mori- bus suauissimo/sensuq; doctissimo/animo quoq; pacifico/& corde piissimo/men- te etiam/amatore dei: atq; in necessitatibus indigentium socio/& cellitudine digni- tatum pro bonitate cōscientie/plurimis eloquētibus preferendo/atq; in omnibus virtute diuini spiritus premunito/ quinimo(quod oportet veraciter dicere)ad spe- culationē potiorum/sedulitatis exēplo/segnes animos incitante:abstinentiam san- etorum/spiritualiūq; patrum(qui in dei placito vicitantes/insuperabilē certamine carnis crucifixere mollitem/quorum ipse quoq; bene trāfactas virtutes predicare non desinit) studemus describere. **E**st autem huius desiderii spiritualis exactio vī- rorum optim⁹ **L**ausus: qui post dei tutelam/ custos piissimi probatur ordinatus imperii. **E**go igitur & lingua imperitus/& spiritualis scientie tenuiter degustator/ necnō etiam sanctorum patrum spirituali catalogo nimis indignus/ magnitudinē precepti vltra mensuram meā perspiciens/reluetari tentabam huiusmodi iussioni: que & sapientie litterate/& diuine doctrine indiget intellectu. **S**ed cū rursus vererer primū quidem nobile studium iniungētis/deinde utilitatem legentiū pertractare/ postremo metuens inobedientie graue periculum: tanti precepti cumulum supne dispensationi cōmisī/attentiusq; sanctorum patrum intercessione/measvires com- minuens/ad certaminis stadium sum progressus virorum fortium/ necnon etiam seminarum. quos aut ipse vultu proprio videre promerui: aut a sanctis patribus qui eorum nouere virtutes/me audisse commenmini/gloriosas signa scripturus atq; certamina. **N**am & plurimas ciuitates ac villas/omnēq; pene speluncam/& tecta eremi (in qua monachi habitant) diligēti cura/dei pietate pedestri labore circuēs: et virorū quos oculis meis inspexi/& mulierū propter spem/que nobis in christo reposita est/sexum femineum animi virtute vincentium/in quātum mee suppeditat paruitati/nomina pariter & genus & patriam/ locūq; habitationis presenti lis bello cōplexus/tibi amatori christi/famulocq; dei/atq; inclyto pii imperii ornamēto **L**ause trāsmisi/ simul cōmemorans vtriusq; sexus in quibusdam ad summū qdē peracta certamina/sed propter matrem superbie (que vocatur **Cenodoxia**) ad ex- tremū baratrum/infernīq; profundum miserabiliter deductorū/acquisitas ex lon- gis temporibus abstinentie palmas/repentino elationis ac tumoris momento pre- marcidas/gratia vero saluatoris nostri/prouisioneq; sanctorum patrum/ ac misera- ratione spiritualium virorum/& orationibus venerabilium seniorum: de laqueis diaboli creptos/ ad recuperationem vite nobilioris reuersos. **Vale.**

**Cenodo =**  
**xia : vana**  
**gloria,**

2

HERACLIDIS EREMITAE QVONDAM PALESTINE  
EPISCOPI LIBER: QVI DICITVR PARADYSVS.

**D**e Isidoro presbytero. Caput I. ISIDO-  
RVS Theodosi⁹

Vm primū alexādrinam attigi ciuitatem/ in secūdo senioris impera-  
toris theodosii consulatu/ qui propter eam (qua in christū credidit)  
fidem/ cū angelis nūc moratur: admirabile virū & ornatum per om-  
nia moribus ac peritū. Isidorum presbyterū in memorata ciuitate co-  
gnoui. qui in alexandrīna ecclesia erat susceptor atq; prouisor pauperum fratrū.  
quem in principio iuuentutis sue egregias per solitudinē palmas abstinentie/ pros-  
meruisse memorabant. cuius & cellulam vidi in monte/ cui nytrias nomē est sep-  
tuagesimo etatis sue anno: qui aliis quīndecim annis viuendo completis/ obiit in  
pace. Ille igitur vsq; ad vltimū finē/ non linteo vsus est: nisi eo quo velaret caput.  
nō balnea attigit/ non ex carnibus cibum sumpsit/ non mense vsq; ad facietatem  
interfuit. Quiquidem tam lauti corpusculi fuit per gratiam spiritualis alimonie: vt  
omnes qui vitam ipsius nesciebant/ epulationibus illud ac voluptatibus imputa-  
rent. de quoviro si virtutes ipsius anime/ exponere singulatim velim: tempus me  
profecto deficiet. qui tante bonitatis atq; humanitatis erat/ tamq; pacificus: vt  
etia ipsi qui pertinacissimi eiusdem videbātur inimici/ erubescerent umbrā quoq;  
ipsius/ propter tam venerabilem vitā. tantā autē sanctarū scripturarum ac diuini  
dogmatis fertur habuisse notitiā: vt & inter ipsa fratrū conuiua/ obstupeceret  
subito/ ac mente mutata/ & sensibus spiritualiter occupatis/ transmigrasse alio vi-  
deretur. vt qui interrogatus postea causam ipsius stuporis hec diceret: ad alia q;  
dam se cogitatione translatum/ & cuiusdā theorie miracula/ raptum fuisse. Noui  
etiam ego memoratiū virū: dum sumeret cibum/ sepius lachrimasse. cūq; admira-  
rer forte cur flerer: hoc ex ore eius audīui. erubesco inquit/ irrationalib[us] cibum  
sumens: qui rationalis factus a deo/ deberet in paradysi voluntate versari/ & cibo  
satiani diuino/ propter eam quā christus nobis tribuit potestare. Hic ipse que  
dico notus romano senatuī sumisq; primatibus: tunc cū primū vna cū episcopo  
Athanasio. possea autē cum Demetrio episcopo pergeret romā/ & diuini arg;  
abundantia rerū sine inuidie stimulo exuberaret: non testamētū in supremis suis  
fecit/ non saltem vnu solidū dereliquit/ non partem aliquā substantie sororibus  
suis virginibus/ dedit: sed christo easdem cōmendans/ quivos fecit inquit vestrā  
quoq; vitam ordinabit ut meā. erat autē cū sororibus ipsius: septuaginta aliarū  
virginū numerus. Is itaq; cum venissem ad eū in principio iuuentutis/ & peteret  
vt instrueret me ad mores/ vitāq; monachorū in ipso prīmī adhuc ardore eui lo-  
catum (cui non tātū necessaria esset doctrina verborum: quantum iugis labor &  
fatigatio corporalis) quēadmodū domitor equorum bonus/ perductum me de  
ciuitatis internis usq; ad quintū lapidē/ ad ea que vocātur solitudinē loca/ Do-  
rotheo cuidam thebano monacho/ sexagesimū in spelunca agenti annū cōmen-  
dauit/ & tradidit. iubens michi ut tribus apud eū annis morarer/ ad contundēda  
atq; frangenda illicitamenta viciorū. (nouerat enim ipsius senis durissimam/ atq;  
laboriosissimā vitā) precepitq; vt rursum ad ipsum redirem: ob spiritualis sc̄ietie  
notitiā atq; doctrinā. Ego vero cū illic implere tres (ut preceperat) annos nō

Hera.

Dorothei  
tolerantia.

potuisset valida infirmitate correptus: ante finitas inducias triennii temporis/ab ipso sublatuſum. Erat enim vite ipsius cū vniuersa ariditate ac siccitate certamen. per omnē nāq̄ dīe in ardore maximo/ & in solitudine circa littora maris lapides colligebat: singulisq̄ annis cellam struēdo pficiens/ iis qui fabricare nō poterant/ offerebat . cū autē ei quadā die a me dīctū fuſſet: quid facis pater in tanta senecta interficiens corpusculū tuū ſevis ardoribus? respondit hoc dicens. Occidit me: occido illud. edebat vero vnciam panis/vnūq̄ fasciculū oleris vilissimi/bibens aque modicā q̄titatē: nūq̄ tamen eū (deo teste) extendiffe proprios pedes vidi/nūq̄ in matto/nunq̄ in lectulo quieuiſſe/ sed per vniuersam noctē ſedens intexebat funē quendam ex arbore daçtylorū/cuius precio vefci ſolebat. putās aurē ego q̄ ante me ſolum hec faceret que videbā: ſcrupulosius etiā ab aliis eius diſcipulis quife paratim manebant/querēdo cognoui/quia ſic a prima etate viuebat. nūq̄ tamen ſponte/nifi ex maxima neceſſitate dormiuīt/aut opere fatigat⁹. aut dū cibovitetur: ſi forte uſq̄ adeo eū ſomnus oppreſſit/ut paululū ei oculi clauderētur. frequēter enim edendo: nūmīa vi ſonni/capite nutabat/panisq̄ ex ipſis labiis oris cadebat. qui aliquid cū a me/quodāmodo cogeretur/ut vel momento temporis ſupra mattā iaceret: contriſtatus iſta dicebat. li angelis persuadere potueris ut quiescāt: persuadebis & ei qui deo placere ferſinat hic vna dierū ad puteū ſuū me circa noſtā horā transmisit/ut implerē cādū: tépore refectionis inſtante. accidit autem vt cū veniſſem/ & aspidem caſu in imo putei viſam/perhorruſſem: vas vacuum re portarem/cauſamq̄ timoris exponerem dicēs. abba mortui ſumus: aspidē enim in puteo (quo me miſeras) vidi. Subridens ille tātūmodo/diū me intuēs aspexit/ caputq̄ cōcūtiens dixit: ſi placuerit diabolo per omnes ſe puteos/vel ſerpentem vel teſtudinē facere/reliquūq̄ genus venenosarū beſtiarū/ & in aquas fontiū de ſilire: poteris ne tu eſſe ſine potu: moxq̄ egressus per ſemetiſlum ſeſtunus aquā traxit de puteo/ac prior ipſe ſignatā deguſtā ait: vbi crux adeſt/ ibi nichil ſathane valet malignitas. Sanctus ille Iſidorus (qui benedictū quondā vidiſ antoniu) dignā rē memoria litterarū retulit mihi: quā ab ipſo ſe dicebat audiffe. Po tamēa quēdā nomine puella admodū pulchra/ ancilla cuiusdā erat tépore ma ximiani perſecutoris. quā multis freqnēter/ac variis promiſſionibus domini ſu⁹ tentās: iſtuprare nō potuit. ita ut ad poſtremū amore atq̄ iſanīa preceps: trade ret eā illi/qui tūc alexādrie pfecturā gerebat/ ſcilicet ut christianā ac maledicētē de perſecutionis ſeuītia/imperatořibus. pecuniā ei ſub hac paſtione promittēs: ut ſi eius acquieceret volūtati/sine villo eā ſupplicio referuerat/ ac reddeſſet. Si vero in cōtradicēdi proposito permaneret: petiit ut tormentis deficeret. ne ſi vixiſſet: libidinis domini ſui cōtēptrix videretur. Que cū exhibita ante tribuнал fuſſet/ eiusq̄ iudex variis cruciatibus atq̄ tormentis cuperet expugnare deuotā volūtatē/ & in ter diuera ſuppliciavas quoq̄ eris imēlum ac feruēti pice repletū acerrima flāma ſuccēderet: duplīcē ei prefec̄tus immiſtis poſuit cōditionē. aut vade inquit & do minī tui obtepera volūtati: aut ſcias te in feruētē hāc pīcē eſſe mitredā. Qui puel la reſpondit dicēs: nūq̄ ſit alter monitor talis/ qui addici iubeat libidini caſtitatē. Ob quod ille nūmio furore pculſus: precepit ſpoliatā eā in vas (quod feruebat) immitti. hec autē vox illius fuīt. per caput inquit imperatoris ſui quod tuvereris obteſtor: ut ſi apud te ſtatutum eſt hiſ me tormentis necare/non ſimul totam ſed

V Antonius

potame=nia virgo

¶ Para.

paulatim me i feruētē mitti iubeas pīcē: vt possis videre quātā michi dederit igno  
tus tibi patiētiā christus. que pvnūs hore spaciū paulatim in aenū cādēs demissā:  
defecit/vbi pīx pīmū ebulliēs ad ipsiū colla puenit. ¶ Plures autē viri digni ha  
bitaculo beatorū/femine quoq; obierūt tūc/in alexādrine ecclesie ciuitate.in qbus  
Didym⁹ erat: oculorū qdē lumine deſtitutus/diuinariū tamen ſcripturarū peritia  
pollēs. quē ego intra decē ānos diuersis téporib⁹/quatervidiffiſſe me memini. quicq;  
poſt octoginta & qnq; ānos: vite terminū fecit. hīc iſiſ quē loquor/capt⁹ eſt ocu  
lis/ut ipſe retulit michi: cū quartū ageret etatis ſue ānū. q neq; magiſtris traditus  
litterarū/neq; prima vñq; elemēta cognoscēs: habebat iſiſ bonū ſemp i colume/  
naturalē magiſtrū/cōſciētiā luā. quē tāta gratia ſciētie ſpiritualis ornatbat: ut in eo  
evidētiſſime quod ſcriptū adipleret dñs tecos ſapiētes facit. Testamētū qdē vetus  
ac nouū adverbū interpretatus eſt/lectas autē oes tā ſubtiliter firmiterq; exposita  
ſup ipſas ratione deſſeruit: ut omniū ſciētiā veterū/peritiāq; trāſliret. q cū me cogē  
ret quōdā/yt orationē in cella ipſi⁹ facerē/nec tñ eius acq;cerē iuſſioni: hoc refe  
rēdo dicebat. ad iſtud inqt hōſpitiū ter benedict⁹ Antoni⁹ dū me visitare dignaſ  
ingressus eſt: & rogatus a me vt in hoc loco fleteret genua & precē funderet/ſta  
tim fecit/ac ſectiō noluit ſe rogarī: ipſis me reb⁹ docēs/ſanctorū volūtatiſ⁹ obe  
dire. quāobrē ſi veſtigia ipſi⁹ inqt ſectaris ac vitā/que admodū monachus & pro  
acqrēdiſ virtutib⁹ pegrin⁹: nolo cōtēdas. hoc quoq; idē retulit michi. Cū inquit  
grādi quadā ſollicitudine ac tristitia fatigarer propter Iuliani impatoris infeliciſſi  
mā vitā/itavt quadā die vſq; ad veſptinas profunde noctis horas nō attingerem  
panē/anxietate cōfectus: forte accidit vt ſomno rēſidens occuparer. & in quadā  
trāſmigratione anime/reuelationē talē viderē: quattuor egiſt cū albis equis p di  
uerſa diſcurrētes clamātesq; dicitē didymo hodie hora Septima Iulian⁹ mortuus  
eſt. ſurge iſiſ & cibū ſume/& ad Athanasiū epifcopi domū mitte: ut ipſe quoq;  
cognoscat hoc. notauit itaq; (ſicut ipſe dicebat) & mēſē/& ſeptimanā/& diē/&  
horā: & ſic oia ſicut audierat approbavit. Retulit etiā michi & de puella quadā/  
cui nomē erat Alexādrīa: que relicta ea in qua erat ciuitate cōſederat/ intra quod-  
dā ſepulchrū/p foramen exiguū neceſſaria alimēta fuſcipiens/& neq; viros/neq;  
mulieres vñquā vidēs p annos decē: decimo vero āno dormitiōe vltima migra  
tura/ſe ipſam cōpoſuit. quod illa que deferebat ei/iuxta cōſuetudinē cibū: retulit  
nobis. dicēs nullū ſe tūc accepiffe respōſū. quo auditō illitū hoſtiū clauſumq; pa  
tefecim⁹: & ingressi defuncte corpus iuuenimus. ¶ De iſpla autem & beatissima  
Melanīa mulier romana(de qua paulo poſt referā) iſla dicebat. Vultū qdē ipſius  
puelle ſe videre nō potuiffe/stātē autē ad foramen ſepulchri petiūſſe: vt ei diceret  
cauſam ob quā ſe in illo ſepulchro cōcluſerat. que p memoratū foramen locuta:  
cuiuſdā anim⁹ inqt in me leſus erat quōdā/& ne viderer eū vel cōtristare vel p de  
re/malui me ipſam in ſepulchro dū viuo recludere/q; nocere anime ad ſimilitudinē  
dei facte. Qua dicēte: rursus. quēaduodū iſiſ pati potes o ancilla christi vt ne  
minē prorsus videas: ſed in ſolitudine tali/ cōtra acediā vel cogitationes habeas  
tā iuge certamen: hoc illa respōdit. a principio inquiēs diei nonā vſq; ad horā/  
orationē vaco ex līno opus p horas ſingulas faciēs: reliquo autē téporis ſpacio/co  
gitatione diſcurro p ſanctos prophetas/apoſtolos/ateq; martyres/& patriarchas.  
ceteris vero horis cibū panis capio appropinquēte veſpera: cū maxima qete dos  
minū meū glorificāſ/finēq; vite mee cū ſpe bona patiēter expectāſ. ¶ Sed ne il-

3  
Didymus

psalmus  
145

Alexādrīa  
virgo

Melanīa

Ios quidē tacitos preteribo: quorūvita ois in cōtēptu quodā propriē salutis fuit/  
vt ex hoc etiā bene meritos predicemus/ & legētibus cautele studio cōsulamus.

VIRGO  
QVE-  
DAM

**D**e quadam virginē/solo nomine.

Cap. II

**I**rgo quedā/solo nomine/Alexandrie fuit. que quātū ad speciē ptinebat/  
humilis videbatur: quātū autē ad propositū ipsi⁹/ anime inflatioris erat/  
variis opib⁹ satis diues/amatrix potius auri q̄ christi.nusq̄ procedere so-  
lens nō peregrino/nō virginī/nō vim patiēti/nō monacho/nō ecclesie/nō pau-  
perī vel exigua stipē prebēs. hec sanctorū patrū frequētibus monitis:nūq̄ a se tam  
inutile anime pōdus abiecerat. habebat autē & nōnullos parētes: inter quos filiā  
sororis sue adoptauerat sibi/qua sola dīebus ac noctib⁹ fruebatur. omisso atq̄ cō-  
tépto amore celestī. nōnūq̄ enī & hec species quā diabolus īmittit/erroris eīt: vt  
sub affectus colore / qui deberī videtur affinib⁹/ auaritia cupiditasq̄ nutriatur.  
quod autē nullā demon propinq̄tatis & generis curā gerat: hinc profecto mon-  
stratū est. ipse enī est: qui homines in matres/in fratres/in patres cogit fieri pari-  
cidas. qui etiā si pretēdere qbusdā aliquādo videatur necessitudinē parete: non  
ideo illud vt pro sit isdē facit/sed vt animabus eorū iniusticie crimen accumulet/di-  
uine nō ignarus sentētie: que iniustos ab hereditate regnī celestīs excludit. potest  
sane q̄s spirituali sciētia/divinoc̄ amore commotus/nec propriē anime salutē cō-  
tētere: & suis parētibus (si forsitan egere videantur) vite aliuoniā pie largiri. pe-  
nitutis animā suā conculcat & despicit: sola propinq̄tatis sollicitudine occupatus.  
Sentētiā diuine legis incurrit: animā (vt dixi) suā deputās vanitati. Sacer autē con-  
scriptor ille psalmorū canit de iis/q anime sue curā/metu maximo gerunt dicens.

psalm⁹ 23.

Quis ascēdet in mōte domini⁹: hoc est dicere: satis raro . Aut q̄s stabit in loco san-  
cto eius: Innocēt manibus & mūdo corde: q̄ nō accepit in vano animā suam. illi  
nāq̄ in vano animā suā accipiūt: q̄ putāt eā/vna cū corpore dissipari/ atq̄ dissol-  
ui/virtutū scilicet spiritualiū cōréptores. **I**stā ipsam nomine virginē volēs san-  
ctus ille Isidorus presbyter detractione sanguinis (vt dīci in prouerbiis solet) facere

a cupiditatis onere vt cūq̄ leuiorē : tali erga eā vſus ingenio est . preerat autē (vt  
prius dīxi) cellulis fratrū pauperū atq̄ debiliū. Idēq̄ in prīnis iuuētutis sne ānis  
in lapidib⁹ & margaritis probādis/videbaſ pītus. accessit igit̄ ad eā dīcēs: lapides  
ad me necessarii/atq̄ preciosiſ maragdi/& hyacinthi subito venerūt. & siue q̄s in-  
uenerit eos/siue furat⁹ sit: scire nō possū. statuere autē ipsorū preciū nequeo: q̄a cu-  
tuſlibet ſūmā q̄titatis excedūt. oēs enī ſimul q̄ngentis ſolidis distrahabūt. ſi ergo eos  
tibi placuerit cōparare:poteris vñū ex iſpīſ q̄ngētis vēdere ſolidis:& reliquos ne-  
ptis tue monilib⁹ deputare. ſuſpēta igit̄ oīmodis illa que dicebaſ virgo: in affectu  
puelle decipit huiusmodi ornatū. et cōplexa illi⁹ pedes orat & petit:ne q̄s memo-  
ratos lapides alter acciperet.cui ille sanct⁹ dūt auide hortat̄: hec dīxit. Veni i domū  
meā: vt hec que dīxim⁹ videas. ad quod illa nō acqescēs/ sed magis q̄ngētis ſoli-  
dos in ſinū illi⁹ fundēs ait: quēadmodū vis/ ipſe eos dē lapides tolle. ego enī nolo  
eū videre q̄ vēdit. acceptrōs ille igit̄ quingētis ſolidos: pauperib⁹/ debilibusq̄  
mox diuidit. poſt aliquātū vero tēporis ſpacī/ q̄a magna opinio ipsi⁹ apud oēs/  
alexandrie erat (quippe q̄ & misericors eſſer/ & in cultura dei preclar⁹/ & senior/q̄  
iā vſcq̄ ad cētelimi quoq̄ anni curricula pueniſſet: quod ego etiā qui cum illo diu  
fuerā ſatis agnouerā) erubetſebar eū virgo memorata ſup iſpīſ ſolidis admonere.  
ad poſtremū cū illū forte in ecclesia reperiſſet: alloquiſ̄. quid inquit iubes precor:

Ingenium  
quo vſus ē  
Isidorus p  
ſbyter

de lapidibus illis/pro quibus quingētos solidos dedim⁹: cui ille respōdit. ex quo  
 michi inq⁹ aurū dedisti: ex eo illud pro precio ipsorū lapidū dedi. & si venire de-  
 sideras ac videre eosdē in hospitio meo(illīc enī iacēt) veni/& vide si possunt tibi  
 placere. sīn minus aurum referes: quod dedisti. Quo illa libēter audit⁹ ad pres-  
 byteri domū pergit: in cui⁹ superioribus femine debiles habebātur/in inferioribus  
 autem viri. vbi statim cū ea intra primas fores ingressus/dicit eidem : quid vis pri-  
 mū videre hyacinthos an smaragdos : at illa: quod iussiſ. ducit itaq⁹ eā ad supe-  
 riores dom⁹ ptes: ostēditq⁹ ei cōſcissis feminas mēbris/& vultib⁹ totis varia mor-  
 bositate laceratis/dicēs ad eā/isti sunt hyacinthi. Inde descēdēs: ostēdit ei similes in  
 inferiorib⁹ viros. & ait: isti sunt smaragdi. sī placēt tibi: ipsa cōſidera. sīn min⁹ au-  
 rum recipe quod dedisti. itaq⁹ egressa est domū/nimio rubore cōfuſa/& plurimū  
 tristis: quia videret se illa voluisse facere/que deo placere nō possent. moxq⁹ egris-  
 tudinē incurrit: vt rediit. nō enī hoc secūdū dei fecerat volūtātē: sed ingeniosa viri  
 sanctissimi necessitate cōpulsa. paulopost autē maximas presbytero gratias egit.  
 propter quod puella cui⁹ nimia curā gerebat: nupta quidē/sed sine filiorū educa-  
 tione defuncta est. ¶ Cū igitur per triēniū in monasteriis (qui circa alexādrīa sita  
 sunt) cōmorat⁹ fuissem/& optimos illīc viros abstinētie virtutib⁹ adornatos vſcq⁹  
 ad duo milia hominū/sanctissimosq⁹ vidissem : inde descēdēs ad mōte cui nytrie  
 nomē est veni. in medio autē istius mōtis & alexādrine ciuitatis / interiacet lacus:  
 qui marie vocabulo nominaſ/ per septuaginta miliū spacia diffusus . quē cū uno  
 ac medio trāſfretassem dīe: ad meridianā pte prefati fontis accessi . cui mōti penit⁹  
 deserta adiacēt loca: que ethiopiā vſcq⁹ tēdūtūr / & vſcq⁹ ad māgicū ac mauritanū  
 solū. in quo mōte degebāt quīnq⁹ milia (vt arbitror) virorū: q̄ diuersum propo-  
 ſitū ſui institutū tenētes/prout vellēt poſſentq⁹/viuebāt. itavt alii quidē liceret ſoli  
 manere ſi cuperet : ali⁹ cū uno tātū fratre ſi vellet/alius cū multitudine ſi hoc deſi-  
 derasſet/habitaret. Quo in mōte tā memoratis q̄ illis qui ad vltimas ſe ſolitudines  
 cōtulere ſexcētis viris: ſeptē pīſcinis alimēta prebentur. Huius igitur mōtis p̄ totū  
 annū vſus hospitio/plurimūq⁹ a beatis patrib⁹ iſtructus & doct⁹: ab Arlūſio ma-  
 iore/ & Putubaflo / Agione/Serapione & Chromo/ multiscq⁹ ſeniorū ſpiritualū  
 relationib⁹ ſup iis qui ante ipſos fuerāt/ incitat⁹/vſcq⁹ ad alia ſolitudinis loca inte-  
 rioris/ accessi. ¶ In ipſo autē nytrie mōte vñā ecclesiā maximā vidi : in qua ſunt  
 tres arbores dactylorū/ex quib⁹ ſingulis ſingula flagra depēdēt. quorū uno ii qui  
 peccāt monachi verberātūr/ alio latrones (ſi inciderint forte) cedūtūr. tertio deli-  
 etā eorū qui vndeſcētq⁹ cōuicti in peccato vapulare meruiffent/ memoratas ample-  
 citētes arbores/ & certas tergo accipiētes plagas dīmittebātūr: Eſt etiā circa ipſam  
 ecclesiā cella ſuſcipiēs pegrinos ac pauperes fratres : in qua cū acceperint aduenā  
 quēlibet/ per tātū illīc tēpus alunt/donec ipſe propria volūtate diſcedar/ biennio  
 ac triēniū ſi voluerit quis/illīc manere non prohibētes . vnius autem ſeptimane ex  
 quo veniſſet/ei ſociū dabant: reliquos vero dies quodcūq⁹ opus eūdē facere cogē-  
 bant. deputabātq⁹ eū aut pīſcinis/aut ortulīs/aut coquinis . ſi autē honestior ali-  
 quis minusq⁹ aptus huiusmodi operib⁹ videretur: legendū ei codicē dabāt/oēſcq⁹  
 vſcq⁹ in horā ſextā a cōſpectu ipſius & cōfabulatione prohibebāt. In hoc mōte &  
 placentariū habentur & medici. vītūtūr quoq⁹ vīno . nā illīc etiā vīna venduntur.  
 Omnes autē iſti manibus cōficiūt lintheamen : ex cuius operis emolumēto/ nulli  
 eorū deficit ad vitā. Eſt autē maxime voluptatis circa vēſptinas horas ex vnaquaq⁹

## Hera.

Arsisius

Ammon.

Antonius.

pachomi⁹

Caste Am-

monis uu-

ptie

Balsamum  
etia in illis  
locis repe-  
tiri

mansione monachorū/ varias audire voces/ psalmos christo canētiū. Quo tépore  
si q̄s assistat & diligēter aduertat: purabit se subito sublatū/ & i paradise p̄stitutū.  
ad ipsam vero ecclesiā solo sabbato/ & dñico die cōuenire cōsueuerū. ¶ Sūt aut̄  
in ipsa octo pres'byteri : inter quos q̄ diu prim⁹ pres'byter viuit/ nullus p̄ter ipsum  
alter aut sacra offert deo/ aut tractat/ aut iudicat. sed silēt semp: solo cōfessus hono  
re cōtēti. Ille vero maior Arsisius/ & alii multi cum ipso senes sanctissimi/ quos &  
ipse tūc vidi: eiusdē téporis cui⁹ & beat⁹ Antonius/ erāt. q̄ nobis etiā sanctū Am  
monē nytriode se nosse dicebat illū: cui⁹ animā dū ab angelis ferret ad celū/ vedit  
antonius. hīc ergo referebat quod & Pachomiu tabennol iotē aliquādo vidisset:  
virū prophetica gratia clarū/ & in monasterio tria milia monachorū regentē. de  
cui⁹ virtutib⁹: post paululū loquar. Ipsum enī Ammonē in hunc morē vixisse di  
cebat. Cū esset inq̄t puer a parētib⁹ derelictus/ & ad viginti duorū peruexisse nu  
merū annorū: inuit⁹ ab auūculo suo matrimonii vinculis alligat⁹ est. Qui cū resi  
stere nō posset ei/ que a parēte igereba necessitatib⁹: & i nuptiis iussus est coronari/  
et in thalamo sedere cōpulsus est/ & oīa patiēter sufferre solēnia nuptiarū coact⁹  
est. Post q̄ autē vnūversi a thalamo recesserūt/ nouis nuptiis in lectulo collocatis:  
sanctus Ammon surgit e lectulo/ ostiū claudit/ vocatq̄ residēs benedictā illā & ve  
re vnanimē cōiugē suā/dicēs. veni inq̄t dñā: vt tibi causam ipsam hui⁹ cōiunctio  
nis exponā. nuptrie nostre hucusq̄ sunt tātū/nichilq̄ i se āplius habēt: bene ergo  
faciem⁹/ si de reliquo q̄sq̄ nostrū separati q̄escat/ vt & christo placere possim⁹/ si in  
tacta virginitate viuam⁹. Prolatū aurē de sinu pū libellum: nesciēti scripturas san  
ctas puelle/ex psona apostoli ac saluatoris legebat: cui lectioni alia lectūdū sensum  
suū lōge plura cōiugēs/exponebat eidem castitatis virginitatisq̄ cōversationē/ vt  
illa post satisfactionē in iētu gratia diuinitatis iplerā diceret: michi quoq̄ p̄sualum  
scias dñne/ castā vitā libēter āplete. qd ergo iubere amplius velis expecto . cui ille  
hoc inq̄t tubebo & rogo: vt vnuſq̄sq̄ noſtrū separati ab hoc die maneat. ad quod  
illa nō acqueuit: dicēs. In eadē qdē cella/ sed in lectulis separatis manere debem⁹. Cūq̄  
hoc vtrisq̄s placuisseſt: decē & octo ānos vixerūt: ita vt illa qdē totis diebus esset in  
cella/ ille autē insisteret opī in ortulo quē colebar/ & balsamū ea qua pīt⁹ erat arte/  
cōficeret. Quod tñ balsamū multo labore ad imaginē vinearū & plātarū/ & colit/  
et putatur. vespiniis autē horis regressus domū orationib⁹ factis/ & cū eadē cibo  
sūpto/ ac rursus nocturnis precib⁹ ex more celebratis: ad opus solitū primo mane  
p̄gebat. Interea dū eorū esset hec vita: exclusa ab vtro q̄s penitus omni corporalis  
illecebre passione: oratione sancti id quod aliqñ cupiebat/ optimere ceperūt. at enī  
eidē ad postremū beata illa: dñne (inq̄t) mi: habeo quod dicā. In quo si me audieris/  
probabis michi q̄ me secundū deū diligis . hortat ille vt quod ei placeret ediceret.  
At illa iustū michi hoc inq̄t videſt: cū ipſe ſis ſexus virilis/ & iuftitie tor⁹ inſeruias/  
cūq̄ ego quoq̄ propositi tuī emuler viā: vt diuersis ad multorū edificationē mā  
ſionib⁹ ſeparemur. Incōueniēs enī atq̄ incōgruū puto: propter me tātā i occulto  
te habere virtutē / nec vlli eſſe cognitum quod in hac castitate / atq̄ pudicitia dñi  
amore ſimul viuim⁹ & manem⁹. cui ille gratias agēs/ deūq̄ glorificās ita respōdit:  
bene tibi placuit mi dñna ſoror. habe igīt hāc ipsam cellā: ego autē alia michi face  
re tērabo. Egressusq̄ ab ea: mox interiora loca nytriae penetrauit. nec dū enī tunc  
monasteriorū/ illīc fuerat multitudo: fecitq̄ ſibi duarū volumina cellularū/ atq̄ ita  
in ſolitudine viginti aliis ānis ac duob⁹ trāſadit⁹/ defunct⁹ eſt. imo magis ſomno

Para.

quieuit cū sexaginta duos etatis sue ános finisset. per singulos tamen ános: sedulo semp videbat beatá illá cōiugé suá. De hoc illud miraculū sanctus Athanasius alexádrin⁹ episcop⁹ retulit: i eo ope quo vitā descripsit Antonii. qđ aliqn̄ vna cū theodoro discipulo suo Lycū noīe fluuiū cupiēs trāfretare/ & erubescēs sibi vesti mētū detrahere/ne nudū vnq̄ suū corp⁹ aspiceret: subito sine nauī in alterā flumi nis pte ágelo vehēte trāflat⁹ est. Iste igit̄ Ammon ita vixit atq̄ obiit: vt ipsi⁹ aiam sāct⁹ videret Antoni⁹/cū ab ágelis ferret ad celū: memoratū vero fluuiū/nauī ego cū metu trāsiui. est enī illīc derituatio qđdā magni illi⁹ fluminis nili. In hoc etiā(q̄ nytrias dicit) móte: monach⁹ erat qđdā/cui Or fuit nomē:cui⁹ virtutē multorū qđē fratrū testimonia pdicabāt/specialiter tñ ácilla dei Melania/ q̄ áte me ad loca ipsi⁹ móti accesserat. nā ego supst̄tē supradictū virū videre nō portui. hec ergo de cōuersatiōis ei⁹ virtutib⁹ referebat. qđ nec mérit⁹ vnq̄ fuerit/nec iurauerit/nec male dixerit cuiq̄/nec sine necessitate aliq̄ sit locutus. Hui⁹ móti habitator & beat⁹ Pambo fuit. Quē & Dioscor⁹ episcop⁹/& Ammoni⁹/& Eusebi⁹/& Euthimius frātres/& Origenes/& Dracōti⁹ viri admirabiles/& nepos:habuerūt magistrū. q̄ Pambo & cū multis ac variis virtutū progatiuis/palmisq̄ p̄celleret: inter ipsas etiā hoc habuisse p̄cipuū memorat. qđ i tātū auri/argētiq̄ cōrēptor fuit: vt p̄ceptū dñi videret ip̄lesse. referebat ergo michi venerabilis ipsa Melania: q̄a profecta de vrbe romā/alexādrīa primū fuisset īgressa. cūq̄ multa de ipsi⁹ viri virtutib⁹ Isidoro p̄bytero/& Xenodochio referēte cognouisset/ & eodē duce ad eū i solitudinē pue nisset: obtulisse se illi treceras argēti libras/ac p̄catā fuisset aliqd ex ei⁹ reb⁹ accipet. q̄ cū sederet(inqt) & vimē itegeret: sola me voce benedixit & ait/det tibi mercedē de⁹. Deinde dicit economo suo. suscipe caute/& diuide p̄ oēs q̄ sūt tam in lybia q̄ in insulis frātres. Hec enī monasteria plus viden̄ egere: q̄ cetera. hoc quoq̄ ei p̄ci piēs: ne qđ ex ea pecunia iis q̄ in egypto degūt daret. propterea q̄ regiones illas: alimētis sc̄iret ápli⁹ abundare. Cū autē memorata femina sicut retulit michi staret/ et benedictionē pro munere dato expectaret aut laudē/nichilq̄ ab eo audiret: vlt̄ter⁹ ait ad illū. Scito dñe treceras esse i hac argētarīa libras. q̄ iterum ne rursus qđē prorsus aspiciens illā: ita respōdit. cui exhibuisti hec o filia: nō op⁹ habet a te mē surā cognoscere. nā qui mótes lance p̄sauit: multo áplius nouit quātum sit hui⁹ pondus argenti. Et siquidē michi istud offerres: cōp̄etēter hoc diceres. cum autē nō michi sed illi dico quē nō sp̄euissle/imo áplius honorasse duos illos nummos agnouim⁹: tace/quiesce. Sic autē dñm ordinasse dicebat: vt post paululum tépus postea q̄ ad ip̄lum venerat mótem / dei seru⁹ illo requiesceret. qui nō egritudine/ nō febre aliqua fatigatus est/sed sportellā cōsuendo ſeptuagesimo etatis sue anno quieuit in pace. Ante horā vero qua de seculo exiens sp̄iritum suū cōmēdaret: vocavit me/& in postrema cōsummatione sui op̄is cōfidēter ait. accipe hāc sportellā de manib⁹ meis:quia nō habeo aliud quod relinquā tibi/ vt memor sis mei. cui⁹ corpore inuoluto in lintheo/& sepulture tradito: ex desertis locis abscessi usq̄ ad fine propriū/hereditatē sancti illius habēs mecum. hic ip̄se Pambo in fine vite sue ipsaq̄ hora qua exitur⁹ erat e seculo: assisteb⁹ ei Paulo presbytero/ & economo/ et Ammonio sāctitate famatis viris & ceteris fratrib⁹/hoc dixisse memorat. ex quo veni i istū solitudinis locū/& habitaui in cellula quā meis manibus extruxi: panē gratis ab aliquo me māducasse nō memini/nec verbū usq̄ in presentē horā locu tus sum/de quo penitētiā agere debuisssem. Ita tamē ad dominū deū pgo: tāq̄ nec

Athanasi⁹  
vitam scri-  
psit atonii.

Or mona-  
chus  
Melania

pambo

 robur/corpus ei⁹ reuocari potuifſer. Tūc illi/sanct⁹ Isidorus hec dixit. cessa Moy-

See in tantum demones prouocare / & tam pertinaciter contra eos velle contedere.  
 est enī & modus certus in ipso vite monachorū proposito: intra quē nos oportet nostras virtutes exercere. Cui hoc ille respondit. Tādiu ego ab hac intentione mei animi non recedam: quādiu somnia ac vanas cogitationes/ a me videam separari. Ait ergo tum illi: In nomine Iesu christi recesserunt iā a te turpia somnia. id est ad sanctorum mysteriorum cōmunionē confidenter accede. Scias autē quod iccirco demon / ad tempus esse te fortior visus est: ne te factare posses/ quod tāta tentationē facile superasses/ vt ex hoc magis saluti tue/res ipsa prodeſſet. Hec audiens/rursus ad propriā reuersus est cellam: diligēter custodiēs deinceps sub quiete mensuram. Postea vero/ hoc est post duos mēses/ a sancto Isidoro interrogat⁹ vtrum illi molestus memoratus spiritus extitifset: hoc dixit . nichil se huiusmodi: ex ea hora/qua famulus dei pro ipso orauit/ vltreius fuisse perpeſſum. Tātum autem hic ipse aduersum demones gratiam dei promeruit: vt amplius nos a muscīs/ q̄ illē a demonibus terroreretur . hanc Moysi ethyopis vitam fuisse cognouimus . Qui & ipse inter magnos illos numeratus est viros. Obiit autem septuagesimo & quinto etatis sue anno apud scytin. vbi presbyter quoq̄ factus: septuaginta discipulos/moriens reliquit.

### **D**e Paulo monacho.

Cap. VIII

PAVLVS

**D**Ons est in egypto/qui ad vastissimā scytensis regionis solitudinē tenetatur/cui nomen est Ferine. In hoc mōte pene quingenti resident: abstinentissimi monachi. in quibus est quidā qui Paulus vocatur/egregius monachus: q̄ huiusmodi moribus vixit. Nō ex qua cōq̄ re negotiatus est vñquā/ nō aliquid op⁹ fecit: nō ab ullo aliqd preter id quo vesceretur accepit. Nichil autem aliud faciebat: niſi quod incessanter orabat. statutas sane atq̄ manifestas: hoc est trecetas numero orationes habebat. ita vt totidē collectos: intra ſū ſinū gestaret lapillos . ex qb⁹ ſingulos/vbi feciſſet ſingulas orationes: de ſinū proprio iactare cōſueuerat. hic ipſe cū ad sanctū Macariū illū/cui erat cognomē Urbani/vidēdi ipſius cauſa aliquādo veniſſet: dixit ad eū. Abba Macari/valde tristis sum . quē cū referre ille tristitia ſue cauſam cogeret: ita respōdit. in vico aliquo/virgo quedā eſſe perhibet/triginta annos in monaſterio habēs / quā ieunare cognoui: atq̄ ita ſeptimanias iugiter totas/post qnq̄ ſemp dies gustādo transiſgere/ quotidie facere ſeptingetas numero orationes. quo cognito: ſe deſpaffe dicebat. eo quod cū ipſe eſſet vir/& ſani corporis: plusq̄ trecetas orare nō posſet. Cui sanctus Macari⁹ ad iſta respōdit dices. Ego ſexagesimū ānū agēs/ cētenas orationes p̄ dīes ſingulos facio: & tātū opis exerceo/quātū ſufficere mihi poſſit ad vitā/ certū mihi etiā tēp⁹ excipio: quo ſalutationē/atq̄ ſermonē fratrib⁹ reddo. nec me ſup hoc vt negligēte incuſant/atq̄ reprehēdūt/cogitationes mee . ſi autē tu q̄ trecetas orationes facis/ insuper a cōſcientia tua te redargui dīcis: maniſtū eſt quod aut has ſine aliqua re prehensione nō facias/aut quod plures nolis facere/cum poſſis.

### **D**e Chronio presbytero.

Cap. IX

CHRO-  
NIVS

**C**hronius mihi nytrie presbyter aliquādo referebat. cum eſsem inquiēs adhuc iuuenis/& fatigatus ſpiritu acedie/quodāmodo mente languerē: de archimandrite mei monaſterio fugi/& vſq̄ ad Antonii montem errādo perueni. ſedebat autem ille in vltimo ſolitudinis: inter loca que babilonis/& herculis habent nomē. vnde itur ad rubrū mare: prope triginta milibus a fluvio ſeparata. cū ergo

## Hera.

venissem ad monasterium eius/ quod propinquum flumini erat: ubi discipuli ipsius in eo qui p̄isp̄ir appellatur loco Macarius/ & amatas sedebant/ quicq; supradictū vi-  
rum/ defunctum sepelierunt: per quinq; ibidem expectavi dies/ ut Antoniū sanctū  
viderē. Dicebatur autem ad monasterium ipsum venire sepissime. aliquando post  
decem/ aliquando etiam post viginti/ interdum post quinq; dies: prout illuc cum  
exhibuisset deus/ multis qui confluabant ad idem monasterium profuturum. plu-  
res igitur tunc diuersis laborantes necessitatibus/ conuenerunt fratres: inter quos &  
Eulogius. eulogius quidam monachus alexandrinus erat/ cum alio qui elephatioso morbo  
cruciabatur: quos illuc propter huiusmodi causam venisse memorabant. hic eulo-  
gius scholasticus erat secularibus litteris eruditus: qui immortalitatis desiderio ca-  
ptus/ huic mundo renūciauerat/ diuisisq; rebus omnibus atq; dispersis: parum ali-  
quid pecuniarum reliquerat sibi/ quibus (quia operari per se nō poterat) vteretur.  
Cum igitur eum quedam animi defectio fatigarer/ & nec cū multis in monasterio  
degere/ neq; solitariā vitā posset ferre patienter: repoperit quandā publice in platea  
iacetem/ ita valitudine illa (quā superius dixi) repletū/ ut sine manibus & pedibus  
videretur. cui lingua tantummodo immunis a tātis cruciatibus erat: qua magis pos-  
set ab intuentibus malorum suorū remediū promerer. Cūq; eum assistens vidisset  
eulogius/ oratione facta ad deū/ & quadā cū domino p̄actione celebrata: his allo-  
cut⁹ est verbis. domine inquit deus in tuo nomine suscipio istum/ tam immanī va-  
litudine prepeditum/ & repauso eū vsc̄ in diē mortis. vt propter istum/ possim  
et ipse saluari. Adsis ergo michi christe: atq; patientiam tali ministerio largiaris.  
Moxq; ad iacentē illum ait: vis inquit frater/ suscipio te in domū meā/ & quacūq;  
potero ratione sustento: Cūq; hoc ille libēter amplecti/ si dignaretur te diceret: va-  
dam ergo inquit/ & asinū quo yeharis adducam. cui vehemēter exultans cōsensit  
egrotus. Quodq; mox fecit eulogius: & memoratū ad hospitiū suū sine villa dilata-  
tione transiuit. Per quindecim igitur annos/ iugū curatione/ & perpetua ei solitu-  
dine seruiebat: per quod omne tēpus/ & ille cui tantū deferebatur obsequiū/ cum  
gratiarū actione & patientia grandi/ cūcta tolerabat. & Eulogii manib⁹/ & medi-  
camētis/ cibisq; & balneis/ prout competebat valitudini: curabatur. Post quinde-  
cim vero annos instinetu demonis/ supradict⁹ egrotus immemor tot laborum eu-  
logii/ tantorūq; meritorū: cepit ab eo velle discedere/ multiq; eū iniuriis/ atq; opa-  
probris increpare dices: fugitiue/ qui propriā domū deuoraſti/ furatusq; es alienā  
substaniā: in me occasionem salutis tue repoperisse te credis: Eulogius autem ro-  
gabat eum/ & satisfaciens animo eius dicebat: noli mi domine/ noli talia loqui/ sed  
dic potius quid te contristauerim/ & emendo. Elephantiosus autem cum furore  
dicebat: vade/ nolo istas adulaciones tuas. Proiice me inquit in publicū: refrigerati-  
one tua nō egeo. Eulogius aurē/ obsecro te inqt placare: aut qd te cōtristauerim  
venerāde senex edicito. Elephantiosus aurē asperior in furore: dicebat ad eum. iā  
non fero fraudulentas irrisiones tuas: adulaciones & subsannationes tuas nō tu-  
lero/ nec michi hec arida/ parcaq; vita iocūda est: volo carnibus saturari. Cūq; ex-  
hibete ei a viro patiētissimo eulogio carnes fuissent: cepit iterū proclaimare. Non  
potes inquit mee satisfacere volūtati: nec tecum solitarius habitare preualeo. po-  
pulū videre/ ad publicū ire desidero. dicit ei eulogi⁹. ego tibi adduco multitudinē  
fratrū. rursus ferocior/ ac pene blasphem⁹ egrot⁹: ve inquit misero michi/ tuam fa-  
ciē nolo videre/ & adducis michi similes tui. Solitus panis deuorator es. cōcutiēsq;

semetipsum/Inqeta voce proclamabat dicēs. nolo/nolo: ad publicū ire desidero/  
 O violētia. in eū locū me proīce: vnde me sustulisti. tāta ergo erat ei⁹ iſania/adeo  
 q̄ sensus ipsi⁹ i ferinos quodā modo clamores cōuerterat demon: vt & suspēdissit  
 forte laqueo se/si man⁹ p̄ quas hoc facere posset/habuisset. ad vīcinos atq̄ mona-  
 chos pḡt eulogius/dicēs eis. qd faciā: quod elephātiosus iſte me penit⁹ despare iā  
 fecit: dicūt ei: quā ob causā: respōdit eis. q̄a dura sunt: que michi conaſ impēdere.  
 Et qd agā ignoro: proīciā eū: sed aliter deo dextras dedi/& satis vereor. nō proī-  
 ciā eū. sed iterū tot ac tāta mala dierū ac noctiū/ferre nō possū. Quid de ipso igī a  
 me fīat: ignoro. Ad quē illi his verbis loquūtur. dū adhuc viuit/ & supeſt magn⁹  
 ille(sic enī vocebat) Antoni⁹: aſcēde ad eū. egrūq̄ nauī ipoſitū in monasteriū ipſi⁹  
 defer: expērās ibi donec spelūca sua egressus adueniat. quē cū videris: referes ei  
 iſta q̄ pateris/atq̄ ab eo cōſiliū postulabis. q̄cqd autē tibi ſup hoc dixerit: facies/&  
 eius monitionib⁹ acq̄esces/sciēs a deo iuberi tibi/quod ille precepērīt. Mox iſgitur  
 sermonib⁹ fratrū libēter iſtruct⁹: ſupradictū egrū blandis precib⁹ ſupans/littorali  
 nauicule ipoſuit/sustulitq̄ de ciuitate p̄ noctē:& ad diſcipulorū ſancti Antonii ha-  
 bitaculū duxit. Euenit autē vt altero die horis vesptinis ſupueniret illuc ſanct⁹ An-  
 toni⁹: referētē michi Chronio q̄chlamyde ex pelli bus facta indu⁹/aduenerit. Sole  
 bat autē veniēs ad monasteriū fratrū/vocare ex iſpis Macariū/ cūq̄ his verbis in-  
 terrogare. veneſt aliq̄ huc fratres: Et ille veneſſe dicebat. de egypto inq̄t ſunt/an  
 de hierosolyma: hoc autē ſignū ab hiſ iuſſerat dari: vt quoties aliq̄ non ſatis digni  
 collogo ipli⁹ aduenirēt/veniſſe egyptii dicerēt. quoties autē ſancti qdā & ſpiri-  
 tuales viderēt viri veneſſe: de hierosolyma nūtiarēt. Tū ergo veneſſe iuxta cō  
 ſuerudinē ſuā/cū interrogaslet vtrū hierosolymite illīc fratres/an egyptii eſſent: re-  
 ſpōdit Macari⁹ dicēs: ex vtroq̄ illīc quosdā genere ſe vidiffe. Cū aut̄ dixiſſet illi ſā  
 et⁹ Antoni⁹: fac illis lenticulā/& ſumā cibāvna cū eis/oratione cōpleta/iubebant  
 abſcedere. at cū hierosolymitas veneſſe dīdicifſet:p̄ totā cū iſpis noctē ſedēs/ea illis  
 que ſaluti eorū proficerēt loqbatur. memorata igī eum noctē ſediffe referebat: &  
 vñūquēq̄ ad ſe de iis q̄ cōuenerāt euocasse. Cūq̄ a nullo q̄s illīc eulogius vocareſ/  
 audiſſet: ipſe in tenebris propria voce/suo illū nomine ter vocauit. Cui cū ſupradī  
 & ſcholasticus nō respōderet/putās quod alter aliquis eulogius vocareſ: dicit ei  
 rufus. Te voco eulogi: q̄ ab alexādrina ciuitate veneſt. dicit eulogius: qd qſo iu-  
 bes: Et Antoni⁹. quid iquit huc veneſt: respōdit eulogi⁹ dicēs. q̄ tibi nomē meū  
 reuelare dignat⁹ eſt: ipſe iā & aduēt⁹ mei cauſā procudubio reuelauit. Tū ille. qd  
 inq̄t veneſis ſcio: ſed ante oēs hos fratres/vt oēs audiāt refer. iuſſus igī a magno  
 Antonio ſeru⁹ christi eulogius: retulit ante oēs. iſlū elephātiosum in platea publi-  
 ca repperi proiectum/cuius curā nullus hominū gerebat: & promiſi deo vt ſeru⁹  
 rem egritudini eius/q̄to poſſim & ego per illum/& p̄ me ille ſaluari. ex quo autē  
 pariter ſumus/quintus & decimus annus eſt: ſicut & vſtre ſanctitati credo oīa re  
 uelata. quia igītū poſt plurimos annos cū a me nichil mali ptulerit: variis me pro-  
 cellis/ac tēpētitib⁹ vexat. ob qd & ego iſpsum: a me proīcere cogitaui. propterea  
 ad ſanctitatē tuā veni: vt qd ex hoc faciā/digneris me tuis edocere consiliis/& ora-  
 tionibus adiuuare. pefſimis enī motibus totus fatigor/ & cruciō. Qui hoc tunc  
 Antoni⁹: ſeuera/atq̄ iracūda voce respōdit: Tu illū a te proīcīs eulogi: ſed ille nō  
 proīcīt eū/q̄ a ſe faetū eſſe cognoscit. proīcīs eū: meliore te inueniet/& eligeſ de⁹ q̄  
 colligat deſtitutū. Cūq̄ pterrit⁹ ad hec eulogi⁹ verba/tacuiffet: relicto ſanct⁹ Anto-

nus eulogio/rursus cepit egrotū propriis sermonib⁹ verberare.& hec ad eū cum clamore maximo loq. Elephātiose/ceno ac luto horride/nec terra digne/nec celo: nō desinīs in iniurīa dei vociferari. nescis q̄a q̄ ministrat tibi: christus est. quēadmo dū ausus es cōtra christū talia loq: nā pp̄ter christū se iste seruitio tali & obsequiis subfugauit. quē & ipsū mordaci sermone laceratū reliq̄. Conuersisq̄ verbis ad fratreis alios/ad vñūquēq̄ ita vt ratio singulorū exhibebat loquut⁹: rurs⁹ ad eulogū et egrotū redit/dicitq̄ eis. Negs vestrū o filii quoquā severat/neuter ab altero. separeſ: sed ad cellā vestrā in qua per tātū tēp⁹ vixisti redire cū pace/omnē tristitia ponētes. sani nūc enī ad vos dñs me⁹ mittet. nā tētatio iſta iccirco accidit vobis: q̄a ad finē vite abo venisti/et iā vterq̄ vestrū merebit coronari. nichil ergo aliter feceritis: ne forte vos angelusvenies in eo in quo dixi loco inuenire nō possit/veſtrisq̄ coronis fraudemini. q̄ cū ad cellā suā velociter redeūdo redintegrata pace veniſſent: intra quadraginta dies eulogius prior obiit/& post aliud triduū ſupradict⁹ defecit egrot⁹/animō vehemēter in columis. Chronius autē cū plurimū tēporis in thebaicis feciſſet locis: ad monasteria alexadrina deſcedit. evenitq̄ vt ad illū occurreret diē q̄ vniuſqdē quadragesim⁹ alteri⁹ autē tertii⁹/celebratus tūc a fratribus dicebaſ. Cū igit̄ hoc Chroni⁹ diſciſſet: obſtupuit. ſūptroq̄ euāgelio ſanctō atq̄ in medio fratru posito/cū ſacramēto ipſis p ordinē cūcta expofuit dicēs. horū oīm quos cōmemoraui: itepres fui ipſe ſermoni eo qd̄ grece loq ſanct⁹ Antoni⁹ nesciebat: ego autē vtrāq̄ nouerā liguā: atq̄ iter ipſos loqbar/illis qdē greco/iſtis autē egyptio ore respōdēs. hoc quoq̄ Chroni⁹ ipſe nobis referebat qd̄ ei ſanct⁹ Antoni⁹: i illa ipſa noēte qua beatū dimiſit eulogū/dixiſſet. q̄a p totū āntū deū depaſatus fuifſer/ut oſtēderetur eidē p reuelationē loca peccatorū/atq̄ iuſtorū. & ſe vi diſſe dicebat procerū quēdā vſq̄ ad nubes gigātē tetri coloris: exēras man⁹ ad ceſtū habētē/atq̄ inſra pedes ipſi⁹ lacū ad ſpeciē maris fuſū. vbi tāq̄ aues(iqt) animas volantes vidi Antoni⁹. & ille quidem quecunq̄ ſupra manus ipſius/ caputq̄ volabāt: cōſeruabāt. quecunq̄ autē manib⁹ ipſi⁹ repercuſſe fuifſent: mergebāt in lacū. vocē autē tūc ſibi talē veniſſe referebat. has oēs animas quas volatē vides: ſciās animas eſſe iuſtorū/q̄ in paradysi habitatione requeſcūt. ille autē anime: ad infernā mittūtur. quod patiūtur q̄cūq̄ carnali obediēt volūtati: & quicūq̄ iracūdiā retinētes/reddere malis paria tētauerint. Referebat autē vobis tam Chronius quā ſanct⁹ Hierax/atq̄ alii plures vīcīnī fratiū: iſta que dicam.

De paulo

Cap.X.

PAVLVS

**P**AULUS nomine rustic⁹ quidā/& agriculture vacās/vltra oēs optim⁹/ ac ſatī ſimplex: pulcherrime qdē vultu/led morib⁹ male cōiūct⁹ vxori. cū ea pplū ſtimū tēporis occulta fraude peciātē / quadā diē ex agro reuertēs turpiter iuueniſſet ſubitoq̄ cū alio iacētē viro dephēdiſſet (vnde tā ſiuna ordinatione moratu Pau- lū ad meliorē vite tramitē prouocabat) verecūde aliquātulum riſit/tali loquēs ad vtrōq̄ ſermōe. bene inqt bene. vñ certū ſciatis: ad me hoc nichil penit⁹ ptiñere/& p iefū q̄ hec respic̄t iuro: q̄ ego hāc vltēr⁹ nō habebo. Vade igit̄: erit tua cū filiis ſuis. Ego enī inqt ibo:& de reliquo me monachū pſiteor. & poſt hec nulli q̄cūdā dicēs: alcedit oīo pximas māliōes & ad ſādū ſanctū pgit. q̄ cūfores ei⁹ ab eo pe- terenī: egressus eſt. & qd̄ cupet ſciſcitātī: ait illi/monach⁹ fieri volo. iſdit ſanctū dicens. Cum ſis admodum ſenex ſexaginta homo annos agens: monachus hicſi- ri nō potes. ſed magis vade ad vīcum tuū: & operi cultoris incumbe/ut & viuere

operariorū vita / & gratias agere deo possis. Imparē te enī miseriis ac labori solitu-  
 dīnū scias. rursum ad hec senex ille respondit hoc dicēs. quicquid me docueris: id  
 faciā. Et rursum Antonius. dixi tibi: quia multū senex es/ nec vales implere quod  
 queris. discede: & si monachus esse desideras/ ad leuiora monasteria magis pge/ ad  
 eos fratres/ qui possunt infirmitatē tui corporis tolerare patiēter. ego enī hic solus  
 sedeo: post qnq̄ dies/ & hoc cū sūma inopia/ cibū sumēs. his ergo & talib⁹ verbis  
 excludere paulū volebat. cui cū ille nō acq̄esceret: itra hostiū cellule se recludit. An-  
 toni⁹ propter ipsū/ p tridū iuge/ nec inde progressus est/ etiā cū necessitas corpo-  
 ralis virgeret. nec tñ ille de foribus tā diu exclusus: abscederet. quarto igit̄ die sanct⁹  
 Antoni⁹ cū necessitate nature cōpelleref: egressus est. iterū dicēs ei: vade inqt hīc  
 senex. qd molest⁹ es mīchi: habitare nō potes mecum. ad quē Paul⁹ hoc dixit. aliud  
 fieri nō potest: nisi vt hic viuā inqt & moriar. circūspiciēs igit̄ huc atq̄ illuc sanct⁹  
 Antoni⁹/ vīdēs quod nichil secū advite alimēta portaret/ nō panē/ nō aquā/ nō  
 aliud qc̄/ & quod quarto tamē die i cōtinuo ieunio pmaneret/ timēs ne ignar⁹  
 lōgi ieunii nūmīa defectione moreref: & aliquā sibi ex hoc relinqret maculā: tādē  
 suscepit eū. Tali autē cōuersatione vite p oēs degere dies cepit Antonius: qualē se  
 nō sciebat exptū/ nec cū adhuc iuuēnis videref. infusos itaq̄ cortices dactylorum  
 obtulit ei dicēs/ accipe & intexe funes sicut meipsum facere vides. qd cū arripuisse  
 senex/ & qndecim numero quas orgias vocat/ nonā vīq̄ horā cū maximo labore  
 fecisset: ait illi. male inqt itexisti: solue qd factū est/ & rursus intexe. & hoc seni ho-  
 mini & p quattuor dies ieūno tā graue pōodus imponēs: vt cū ille tāto labori ipa-  
 re se videret/ a sancto tādē Antonio necessitate tali cōpulsus abscederet/ vitāq̄ de-  
 sereret monachorū. q ecōtra fortior ad op⁹ surgēs: detexuit funes eosdem/ & rur-  
 sus intexit/ maxime cū difficilior iterati opis eset labor. eo qd tortū semel restem:  
 retorqre pri⁹/ & reuocare ad formā priorē/ & sic iterū itexere aliter cogeref. vidēs  
 igit̄ Antoni⁹ qd ei⁹ ista p̄cepta/ & libēter senex & patiēter audisset/ necq̄ egre itera-  
 tū suscepisset labore/ aut in aliquo saltē ad momētū tristē vultū secū murmurādo  
 mōstrasset: cōpīcta mens ei⁹ est/ & occidēte iā sole/ sic affaī senē. Vir senex/ vīs edi-  
 m⁹ p̄te panis. Paul⁹ ait: vt placet tibi alba. Taliis autē rursus/ & ista respōsio flexit  
 Antoniū: qd ad nomē cibi nō protin⁹ accurrit/ sed qd oīa i ipsi⁹ q iubebat posuit  
 potestate. pone ergo mēlā inqt Antoni⁹: & panes affer. Quod cū obediēter fecis-  
 set: posuit eidē sanct⁹ Antoni⁹ eos quos egyptii paximates vocat/ habentes senas  
vncias/ & suā qdē p̄te pfudit aqua. siccī enī ipsi⁹ paximates erāt. ante illū autē tres  
poūit portiones. & pīlmū sanct⁹ Antoni⁹ quē cōsueuerat dicēs: orationes qua-  
draginta fecit/ vt & sic Paulū probaret. q rursus: cū eo patiēter ac libēter orauit. eli-  
 gebat enī vt arbitror cū scorpionib⁹ se poti⁹/ q cū adultera viētitare. Post vero du-  
 decim orationes: profunda vīx tādē ad māducādū nocte sedērūt. sumpto igit̄  
 vno paximate/ sanctus Antonius nō contigit aliū. senex vero tardius comedens:  
 cū adhuc haberet ex vīo paximate aliquātulā p̄te/ expectatus ab Antonio est/ dū  
 totū qd edebat absumeret. cui rursus hoc dixit Antonius: māduca senex & alterū  
 paximatē. Respōdit hoc Paul⁹. māducabo & hūc alterū: si idē facere te videbo. te  
 nō edēte: nō edā. ad hoc dicit atoni⁹ mīchi hoc satis ē. monach⁹ enī sum. respōdit  
 ad hoc Paul⁹. Mīchi quoq̄ sufficit. nā & ego monach⁹ eē dcsidero. Post q surre-  
 xit atoni⁹: & dictis duodeci pīlmiss/ totideq̄ oratiōib⁹ factis/ paulū p̄ in principio

noctis quieuit. rursusq; eonsurgens: a medio noctis usq; in lucē psallēdo & orando vigilauit. vidēs ergo sanctus Antonius tā paratum ad omnia senē: ait illi. Ecce frater si huiusmodi quotidie agere vitā potes: mecum manebis. Cui Paulus hoc dixit. Si forte aliquid amplius iubeas ignorō: nā ista que vidi facile me impleturum esse/ confido. Sequenti igitur die dixit ei: ecce in nomine domini iam factus es monachus. Tnm igitur sanctus Antonius postea q; in omnībus sibi ab eo creditis factum/ post certos menses quia perfectā iam esse animā cōprobasset/ eo quod habitaret in eo vera & tota simplicitas/ gratia eū iuuante diuina: vnam ei cellulam fecit/ a tertio lapide/ vel quarto. dixitq; ei. Ecce quia iam monachus effectus es: solus mane/ vt possis & demones experiri. Intra vnū igitur ānū illic manēs Paulus: diuīnā gratiam meruit cōtra egritudines hominū/ & cōtra demonū potestatem.

Vna igitur dierum cū ad sanctū Antoniū quidā fuisse exhibitus/ quē sc̄elestus dirissime demon vrgebat/ tenens inter ceteros impuros spiritus principatū/ qui & cōtra ipsum sacrilega celū verba iaciebat: viso eo sanct⁹ Antonius/ hoc iis qui eū perduxerāt/ dixit. nō est istud opus meū. necdū enim diuīnā gratiā: contra principem diabolice legionis accepī. est hoc quod queritur: simplicis Pauli. Tūc ipse igit̄ benedictus Antonius/ ad memoratū Paulum cum eis qui aduenerant pergit: dicitq; ei abba Paule/ pelle hunc demonē ab hominis istius anima/ vt in columnis ad propria reuertatur/ & dominū benedicat. respōdit ad hoc paulus. Tu enī quid: dicit Antonius: michi nō vacat/ aliud opus exerceo. Relictoq; eo: sanctus Antonius rursus ad propriā reuertitur cellam. Tunc igitur assurgēs senex/ & orationem intentissime faciēs: hec ad eum locutus est/ qui demone laborabat. abbas Antonius dixit: vt de homine isto recedas/ & glorificet dominū. demon autē in iniuriam diuīnitatis: proclamādo multa dicebat: nō exeo detestabilis senex. Arrepta ergo pelle/ que huneros suos tegebat: verberabat eum/ repetēs ac dices. Exi quia hoc abbas Antonius dixit. iniuriosa autē & in sanctū Antoniū demon protulit verba: vehemētioreſq; Paulo contumelias irrogabat/ hoc clamitans. detestādiles quos obliuio nostra preteriit/ insatiabiles/ qui propriis contenti nō estis: quid nobis vobiscū cōmune est: Quid in nos exercetis vestrā tyrannidē: ad postremū sic ad eum locutus est Paulus. egredēris ab isto: aut vado/ & hoc a me audiet christus. Per iesum inquit si exire nolueris iam nūc: eam & hoc christo loquar/ & vetib⁹ erit. Iterum autē demon ferocior cōtra diuīnitatē vociferari cepit/ & dicere: nō egredior. iratus itaq; tunc Paulus cōtra demonē reluctantē: egreditur cellam suā in ipsis mediis flaminis diei/ tales autē sunt estus egyptiorū: vt babilonie fornacis ardoribus preeſſe credātur. In ipso igitur Icopulo mōtis/ velut colūna celestis stetit. Paulus immobilis: & his in oratione sua/ locutus est verbis. Tu vides iesu christi qui sub pontio pilato crucifixus es: quod nō ante ego ex hac rupe descedam/ nō cibum ante sumā/ nō potū/ sic profecto moriturus q; ex hoc hominē immūtū spiritum pellas/ liberūq; eum a tali morte digneris efficere. Quo ista dicente/ anteq; ipsa hec verba sui oris cōplesset/ maxima demon voce proclamās/ ista dicebat. vade/ vade: exeo/ vim patior. Ecce discedo ab homine: nec accedo vltierius. Simplicitas me pauli vrget/ ac prosequitur: & quo eam nescio. Moxq; immūtū spiritus egressus ex homine/ atq; in immanē draconē cubitorū septuaginta conuersus: in rubrum mare protin⁹ deuolutus est. vt impleretur quod dictū est per spiritum

sanctum/demonstrata fide iusti. refert & rursus in alio loco supra quem requiescit  
spiritus meus/nisi super humilem & quietum/& tremetem verba mea/solet enim  
miserrimi/ac vilissimi demonum a magnis viris solo fidei robore: magis autem demo-  
nes a simplicib[us] vel humiliis fugari. hec sunt miracula simplicis/atque humilis Pau-  
li/aliamque coplura/his & maiora: qui ab hominibus simplex est nominatus.

## De Pachomio.

## Cap. XI

PACHO  
MIVS.

**P**Achomius quidam nomine/ septuagesimus etatis sue annū agens: in ea que scytin dicitur/regione degebat. contrigit itaque dum grandis cupiditas ac venerei me cepisset virginem/ grauiterque ac moleste plus ferrem/ aduersus sordidas cogitationes/& contra insomnia nocturna confligens: quod me ab his ubi erā solitudinibus/vis ipsius copellebat exire. vicinis quidem meis nichil de pestilentia & tali ardore dicebā: nec Euagrio quidem magistro meo/tale aliquid confitebar. Occulte tamen ad interiora/ac vastiora deserti perrexī: ubi per quindicim dies in eo qui scytin dicitur loco/venerabiles multos/qui ibidem consenserat patres vidi. inter quos:& cum supradicto Pachomio/potui habere colloquium. Et quia repperi eum inter ceteros monachos prope/palmā tenere: fidenter ad eum detuli animi mei anxietatem. qui ita locutus est michi. non sit tibi inquit noua res ista: quā pateris. nam quod non ex negligētia mentis/atque desidia/ id quo turbaris incurreris: sufficienter tibi testimonium preberet/& locorum natura/ & inopia omnium rerum/& ipsarum quod nemini dubium est absentia feminarum. sed magis tentatione ista laboras: propter studium/ac desiderium castitatis. Triplex enim ex fornicationis incursu nascitur pugna. & altuādo quidē caro nostra/si in nobis fuerit nimis sa- na: lascivit. sepe autem ex cogitationibus vanis: morbus iste procedit. interdum demon contra nos/dum nobis inuidet/preliatur. Ego enim frequenter ista pertractas: ita semper inueni. nam vt ipse vides/admodū senex per quadraginta annos in ista cellula degens/maximāque salutis proprie gerens curā: etiam usque ad presens tēpus huiusmodi tentationē sollicitor. Cū sacramento autem istud sanctū ipse dicebat: per duodecim annos post quinquagesimum/nō nocte/nō die/ vñquā hic a me morbus abscessit/usque adeo vt priuatū me iam dei auxilio suspicarer. ob quod: merito me putarem demonis virtute superari. Malui tamē eo tempore / irrationalibili quadam morte deficere: q[uia] tali corporis morbo/ cū tā obscena deformitate subcubere. mox & progressus/ac peragrans solitudines toras: speluncā fere alicuius inueni. in quā me proieci per diē nudū: vt quod sine dubio fore credebā: ab egredientibus ex ea bestiis deuorarer. cū autem vespertinas usque ad horas sic iacendo peruenisse (iuxta id quod scriptū est) sol cognovit occasum suū/posuisti tenebras/& facta est nox: in ipsa perpetrāsibunt omnes bestie silue. catuli leonū rugientes: vt rapiāt & querāt a deo escam sibi) exēutes bestie/ femina cū masculo/odore ad me ducēte/venerūt/ a capite usque ad ipsos pedes lingua me blandiēte labētes. & dū me ab illis arbitror deuorandū: sic me intactum/atque in columnem reliquerūt. iacentesque illuc per totā noctem: nichil omnino pressus sum. Cogitās igitur & credens/quod michi prorsus domin⁹ pepercisset: mox reuertor ad cellam. Paucis autem diebus: demon quietuit. et rursus iterū michi vehementius q[uia] solebat/ incubuit: vt pene me cogeret ore blasphemādo peccare. Transfiguratus est enim in quādā ethiopissam puellā: quā ego meminera m̄ me in iuvenili etate vidisse/ messium tempore/ calamos colligentem/

De spiritu  
concupis-  
centie.

que cum subito sedere supra genua mea cepisset/vsq; adeo omnia mea mēbra cōmouit: vt cū in ea me penes celus cōmisissē putarem. iratus igitur ac seuiens/pusilli eā dextera mea: statimq; (vt visum est) euauit. Et si michi dicēti credis: per bienniū totum/fetorē eius (qua illa percusserā) manus/ferre nō poterā. Maxima igit̄ animi anxietate ac desperatione perterritus: ad intima atq; vastissima errabundus deserta perrexī.vbi cū aspidē modicā repperissem: manu rētam vīrilibus membris iratus admouit: vt mortē michi/vel morsus ei⁹ inferret/caput & serpentis perficīdo hīs in locis (a quibus michi tentationis causam prouenire arbitrabar) contrivi. et nec sic quidē me anguis momordit: diuina sicut credo me gratia prouidente. & hoc tunc cū michi talis in sensus vox descēdisset/audiui: vade inquit Pachomi/in sistē agoni tuo. ob hoc enim permisi te demonis virtute superari: ne inciperes/ quasi fortior superbire. sed vt agnoscens infirmitatē tuā/ nec ex cōuersatione vite tue aliquam fidutiā gerens: ad auxilia semper diuina cōfugeres. Postquā igitur michi satis factū est: ad propria secreta remeauī/de cetero cū fidutia sedens. neq; vlo certamīnis angore vel solitudine iam laborans. sed reliquos eui dies: pacatis sensib; bus vītūs. Ille autē meus inimicus/ cū se ita a me contēptui esse videret/neq; ultra molestus michi esse posset: cōfusus abcessit. his itaq; verbis contra insidiāntū demonū pugnās/sanctus Pachomius me cōfirmās/fortioreq; facies: ad certamē aduersum spiritū fornicationis/ diuina gratia tolerandū/sufficienter me exhortatum remisit ad cellam.

## De Stephano.

Cap.XII

STEPHANVS,



Tephanus quidā oriūdus ex lybia in pte eorū locorū/quib⁹ marmarice et mareorū nomen est: p sexaginta annos sedēs/ vīsq; adeo pfect⁹ fatus est monach⁹/ tātūq; habuit in discernēda rerū abiguitate iudiciū/ vt eiusmodi diuinā gratiā mereret. hoc est vt qcūq; ad ipsum/ex quaetiq; retristis aliquādo venisset: post visionē eius atq; sermonē/letus ablcederet. Notus autem hic & sancto viro Antonio fuit: puenit & vīsq; ad nostri temporis dies. quē ego qđ videre nō potui: eo quod separabāt nos lōga interualla terrarū. sanct⁹ autem Antonius/& Euagrius/& q cū ipsis erāt: michi aliquādo referebāt/dicētes quod repperissent eū quidā tali egritudine laboratē: vt in ipsis nature verēdis quodam vlcere (quod quidā fagadenā appellant) cruciaretur. Qui dū a quodā medico curaretur: inuenimus inquiūt eū/opus quidē manibus facientē suis/& torquentē de palmis funes/ac nobiscū sermocinantē/ceteras vero corporis ptes medico/ferroq; prebētē. qui adeo p gratiā patiētē/alienus erat a sensu corporis: vt alteri⁹ crederet mēbra cōcidi. Abiūsis itaq; verendis pribus cūtēs: nichil penit⁹ sentiebar/intantū separata mens ipsius erat a rebus humanis/& celestib; solis cogitationibus occupata/nobis autē tā tristitia repletis q ipsi⁹ langoris horrore cōfusis/cogitatibusq; q huiusmodi illi⁹ viri vita/talē incidisset in morbū/ vt sic eū necesse esset lecarū: hoc ille beatus dei seruus Stephanus sentiens/sic dicebat. filii videte: ne animi vestri ex valitudinis istius contemplatione/ ledātur. Nichil enī eorū que facit deus/ ex aliqua malignitate descēdit: sed oīa ad bonū finē/& votiuū exitum spectat. fortassis autem & ipsa pars corporis/ talib⁹ dedi suppliciis merebatur: meliusq; illi erat hic recipere vicē/q ad eterna tormēta/post hoc seculū reseruari. hec itaq; suorum contemplatio sermonū: ad patiētie studiū nos edificatos/cōfirmatosq; dīmisit. Icirco

vero hec retuli / ne quisq; forte miretur : si videmus sanctorum aliquem huiusmodi  
egritudine laborantem / aut deinceps viderimus.

## ¶ De Valente.

## ¶ Cap.XIII.

VALENS

**V** Alens nomine iterū fuit quidā palestinus quidē genere / sed mete cho-  
rinthius / id est sensu inflatus. in chorinthiorū enī animis : semp tumor  
quidā / & inflatio mētis apparet. sicut ad eos scribēs beatus apostolus

Paulus / de hoc exprobrat vicio / dicens : & vos inflati estis. hic ipse Valens / postq;  
peruenit ad eremū / in qua p plurimos annos vixit nobiscū / difficulte&g; vite affecut<sup>9</sup>  
est studiū : ad tātū supbie cacumen ascēdit / vt diabolicis irrisiōnibus / ac fallaciis vin-  
ceretur . nā paulatim eū in docēdi elatione deceptū / ad hoc demon adduxerat : vt  
ita se nescio quid esse magnum putaret / tāq; quotidie angelorum visione / ministe-  
rioq; frueretur. Referebant igitur eius notissimi : quod vno quodā die / dū in tene-  
bris opus faceret / acus illi qua sportellam consuebat / excidisset e manib<sup>9</sup> / & cū ea  
nō posset (quia in obscurro nō cerneret) inuenire / lampade ministerio demonis ei  
acensa / sic acū quā pdiderat inuenisset . rursus ex ipsa inflatione refectus / in tantū  
supbie tumorē elat<sup>9</sup> est : vt sacroru quoq; mysteriorū christi / cōtēneret cōmunio-  
ne. Euenit autē vt quidā illuc peregrini veniret / variaq; leguminū genera / nucum  
atq; pomorū ad ecclesiā fratribus exhiberent : que cū suscepisset sanctus Macarius  
presbyter noster / misseretq; singulis tātū quātū manus capere posset vnius / inter  
quos & cū Valenti ptem cū ceteris destinasset : Valens eū qui transmissa detulerat  
iniuriis / plagiis / cōfecit. hoc ei dices : vade / & dīc Macario / quod nō sum illo de-  
terior / vt benedictiones ad me trāsmittat . Cūq; hūc eius errorē Macarius sanctus  
audisset / atq; ad eū alio die solatii causa / consiliis venisset / diceretq; ei : seductus es  
frater Valens / quiesce de cetero : ac dominū deprecare. hoc ei p̄suadere nō potuit.  
Et cū penitus ab eo nō audiretur : tristis de eius ruina factus / abscessit . Certus igit  
cepit esse iam demon : quod ita vt ipse voluit / fallaciis eius ac dolis cederet Valēs .  
moxq; de eius pditione securus : ista machinatur. in effigie saluatoris trāfigurat<sup>9</sup> /  
nocte ad eū venit cū choro quodā mille (vt finixerat) āgelorū / lampades accensas  
tenentiū / & cū flāmea rota / in qua saluatorē sedere simulauerat / precedēte vno ex  
ipsis / eiq; ista dicēte. Placuit christo cōuersatio tua / ac fiducia probabilis vīte : & ve-  
nit ad te desiderās : te videre. Egredere igitur e cella tua / nichilq; aliud facias / nisi vt  
venientē eminus cernens : inclinans te / adorare festines / sic deinceps ad proprium  
habitaculū reuersurus. Egressus igitur e cella sua / credensq; se cernere diuina mini-  
sterii celestis officia / cūctaq; lampadū fulgore rutilantia / & ipsum antichristū non  
ultra vnius spaciū stadii constitutū : protinus pronus in terra / & eū quē dominū  
crederet / adorauit. Instantū igitur lēsa mens eius est : vt cū sequēti die ecclesiā fuisset  
ingressus / collectis in vnu fratribus diceret. ego iam cōmunione non egeo. christū  
enīm ipsum / vidi hodie. Tunc demū venerabiles patres / ferreis eū vinculis illigatū :  
per vniuersum annū propriis orationib; curauerūt. hec autē fuit forma medici-  
ne. secularis eū vīte / cōuersationi dederunt : vt ex eo quod nichil haberet cōmune  
cum sanctis / inflatio animi ipsius / tumorq; cessaret. vt solet dīci : cōtrarias res cōtra  
rūs debere curari remediis. valde autē & hoc necessariū credo / legētibusq; arbitros  
profuturū : quod talū quoq; vitas hominū paginis libelli huius inserim<sup>9</sup> / sicut &  
inter sanctas paradyſi arbores lignū illud p quod bonū / malūq; cognoscitur insū

De lapsis  
monachis

Hera.

tum scimus. vt si quando invita aliquid sua/grāde quis fecerit: nō ex eo tanq; pro prie virtutis ostentatione se iactet. frequēter enim & ipsa magnarum palma virtutum:causa nobis cuiusdam/& occasio fit ruine/nisi ad gloriam propositi/recto iti nere venire properem⁹. Scriptum est enim: vidi iustū/in sua perire iustitia/& hoc vtiq; vanitas est.

De Herone.

Cap.XLIII

HERON

**H**eron quidam nomine/fuit vicinitate proximus mīchī alexandrīnus genere/vrbān⁹ & iuuenis: mentis argute/pure & probabilis vite. & ipse post multos labores/nimiosq; sudores/ vitamq; ad summū plenā virtutib⁹: anime quodam tumore sic corruit/vt supra sanctos ac venerabiles patres/ esse se crederet. tāq; iniuriosa contra sanctum Euagriū verba iactaret: vt diceret ei. maximo errore falluntur:qui doctrinē tue credunt. non enim oportet/alti pre ter christum: vtī magistro. Abutebatur autem & testimonio sancto: ad proposi-  
tum stulticie proprie roborandum. dicebatq; quod saluator ipse dixisset: nullum in terris/vocetis magistrum. qui & ipse in tantam cordis obtusi incident cecitatem: vt eum quoq; postea esset necesse catherinis/ferroq; vinciri/ eo quod iā nec ad sancta mysteria vellet accedere. vt autem se rei veritas habet: immense virtutis/ac vite fuit/atq; subtilis. itavt multi/qui cum ipso vixerunt: referrent/post tres menses eū cibum frequenter accipere / sola sanctorum mysteriorum cōmunione cōtentum/ herbisq; silvestribus/si quas inuenire potuisset. Ego quoq; eū videor expertus: eo tempore quo simul cum beato Albano pgeret scytin. distabat autem ipsa scytis a nobis quadragesimo lapide. In quibus bis manducauim⁹: & ter aquam bibimus/ ille vero nichil penitus cibi sumens/ sed pede iter faciens: quīndecim primū reddidit psalmos. tūc & illum: qui est maximus dixit. Postmodum illam que est ad hebreos epistolam: & Esaiam/partēq; Hieremie/& Lucam euangelistā/Salomonis prouerbia/ita memoriter ambulans legit: vt eū gradientem assequi non possem⁹/ nimia velocitate properantem. hic igitur ad polstremū/maligni demonis fraude/ quasi quodam exagitatus incendio: in cellam quidem suam non rediit. Profectus autem alexādrie ciuitatem: veluti ordinatione diuina: clauū clauo/ vt dici solet excusit. incident enim propria volūtate in eos: cum quibus istiusmodi more viuebat. vnde tamen inuictus: postea remediū salutis inuenit. Intererat enim & circispesta culis & theatri: & in tabernis diebus/ ac noctibus morabatur. cūq; in his voraci-  
tati/atq; ebrietati se penitus dedisset: in feminēi quoq; desiderii incident cenū. Et dū peccare meditatur: cū mīma quadam cepit loqui/proprium ei vulnus insinuans. pustula enim quedā quā carbūculū vocat: nata est ei in ipsis verēdis/ac tanta per sex menses egritudine laborabat/ vt naturalia ipsius putrefacta / radicitus caderet. Postea vero cum sanitatem/excepta illa parte mēbroī quā perdiderat/recepisset: ad diuinā sapientiam rediit/sanctis patribus que ei acciderant cūcta confessus: pe-  
nitentiā/tamen factis implere nō potuit/quia post paucos dies/debito fine geuit.

De Ptolemeo.

Cap.XV

PTOLE  
MEVS

**H** Ilius iterum Ptholeme⁹ nomine: eo more viuebat/ vt difficile possit re ferri/quia inenarrabilis videtur. habitauit autē inter initia vltra que scytin/sepe dixim⁹ loca: in ea pte quā clima vocat. In quo tamē loco nul-  
lus monachorū valebat habitare: eo quod octauo decimo lapide/puteus aque re

motus esse videretur. Ille igitur cilicensis illuc plures lagenas ptulit secū: quas decē  
bri/ & ianuario mēse / spōgia ex petris colligēs rorē(multū enim tūc in ipsīs regio  
nibus cadit roris) implebat. Idq; ei p quindecim illic habitāti annos: sufficiebat ad  
potū. q penitus separatus a doctrina spirituali colloquio& sanctorū virorū/quō  
rū ei sermo prodesse poterat/ & a frequēti mysteriorum cōmunione: subito quasi  
alienus effectus in tantū a recto itinere deuiauit/vt diceret nullā esse prouidentiam  
rerū. sed omnia suis quodāmodo motibus ferri. Persuasit igitur ei vite hostis hu  
mane/in eius animā prorsus ingrediēs/atq; dices. his ita se habētib⁹ : quid frustra  
consumeris Ptolemei/aut qua mercedis retributione laboras: cū nulla sit remune  
ratio meritorū : quod si esset etiā retributio : que merces pro tantis laboribus tibi  
sufficeret: quale vero iudiciū/ scripture minātur: vbi sine prouidētia cūcta labūtūr:  
his diabolicis cogitationibus miserrimus Ptolemeus infactus: fertur insaniens/ &  
a naturali discedēt prudētia/ etiā vsc⁹ ad presens tēpus in egypto/cū eiusmodi er  
tore versari voracitati tantū ebrietatisq; deditus/ vt nullū prorsus cū aliquo soleat  
habere sermonē/sed velut Eneus reuertēs de publico/miserandū lachrymisq; ple  
nū spectaculū oculis christianorū/expositus. irrisio vero atq; deceptio cūctis : qui  
gratiā nostre cōuersationis ignorāt. In hanc autē Ptolemeus est dilapsus insaniā:  
ex irrationali quadā presumptione. dū putat/illusus ab auctore facinorum: quod  
oēs sanctos patres sciētie virtute precellat : p quā suus hostis effectus/ hanc fouē  
perditionis incurrit/nunq; cū talibus viris qui gubernaculis sapientie spiritualis vñ  
sunt/loqui dignatus. Vnde neglectus/ac negligēs: ad mortis profunda dilapsus/  
sicut arbor foliorū exuberans/repēte vnius momēti tēpore nuda/aridaq; mōstra  
tur/secundum quod scriptum est. Qui non habēt gubernacula: cadūt sicut folia.

## De virginē hierosolymitana.

## Cap.XVI

**H**auerā virginē quādā de hierosolyma/cilicio vestitā/ & per sex annos  
semp inclusam/nichilq; eius quod voluptatē aliquā posset exhibere gu  
stante: quā ad postremū diuino auxilio destitutā/ tā immēle superbie  
morbus invaserit: vt talē ruinā qualē dicimus sustineret. Aperuit enim subito fenes  
strā cellule sue: suscepitq; eū qui cōsueuerat eivite necessaria ministrare/cū eo cōcū  
bens. hoc autē malū inde descēdit: quod nō secūdū spirituale propositū/nec pro  
pter dilectionē dei/ad monachicā veneratvitā: sed humane vanitatis illecebra/que  
ex inanis glorie cupiditate generatur/ & p infirmā atq; instabilē animi volūtatem.  
dū enim cogitationes suas oēs/ alienē vite maledicis reprehēsionibus occuparet:di  
scēdēt ab ea angelo sanctitatis/nullū omnino custodē proprie reliquerat castitas.  
Iccirco autē vtrāq; virā religiosissimorū hominū/ & eorū qui p neglectū post  
labores īmodicos/ & tēporū spacia de ūmo fastigio ceciderūt describim⁹:vt vñus  
quisq; de sua cōuersatione insidias inimici cōsiderās/ occultos eius laqueos possit  
euadere. Sed cū sint magnorū virorum/seminarūq; q̄plurimi/q abrenunciationis  
sue p̄cipia/virtute pegerūt/deinde ab hoste cūctorū hominū sūt elisi:ideo ex pluri  
b⁹/quorū etiā vite soci⁹ extiti/paucos enume. qā neq; illos ad fortia iā reuocare  
vterius/nec michi prodesse preualeo: magnos christi athletas laudās/nec īmitās.

VIRGO  
HIERO  
SOLIMI  
TANAAbrenun  
ciationis  
sue a mun  
do

## De Helia.

## Cap.XVII

**H** Elias quidā nomine monachus optimus: magnā habuit cōsiderationē  
sexus infirmi deuotarū deo virginū. Sunt enim tales quorundam anime:

HELIAS,  
Rursus de  
non lapsis

quartum propositum ultimi finis testimonio comprobatur. Qui amore virtutis  
 accessus / & feminae sexus miseratione : in ea que atriuis ciuitate dicitur / ex pecunias  
 que ipsi suppeditabant monasterium immarie construxit. Ad quem locum pluri-  
 mas (que vagari & errare consueuerant) feminas congregauit / omniusq; prout ne-  
 cessitas postulasset curam gerebat. quibus cuncta prestiterat: que ad vite solitum  
 pertinebant / orruos quoq; / & instrumenta diuerse supellecitis necessaria / & reliqua  
 que humani usus ratio depositit. Iste ex dissimilis vite genere / intra unius habita-  
 culi claustra collecte / frequentibus se inuicem iurgii inquietabat. Vnde interdum  
 necessitas exigebat: vt inter eas simultatuu talium causas ipse cognosceret / pacemq;  
 repararet. Collegerat enim illuc usq; ad trecentarum numerum seminarum: nec si-  
 ne mediatore ipso / conuersatio earum poterat ordinari. Quod cum iam per bien-  
 nium ficeret / & adhuc pene ipse iuuenis videretur (triginta enim / vel quadraginta  
 annos habebat) tentatus est subito corporali desiderio voluptatis. Relicto ita-  
 q; monasterio dum per solitudines totas biduo iugis / ieionus erraret: huiusmodi  
 precem fudit ad dominum. domine inquit: aut occide me ne videam illas tristitia la-  
 borantes: aut a me temptationem huius cupiditatis exclude / vt earum curam ita vt  
 oportet / aut conuenit / geram. vespertinis itaq; horis / subito eum in desiderio som-  
 nus oppressit: & tres numero angelos / ad se venisse conspexisset / vt ipse referebat.  
 tenuerunt igitur eum / dicentes. Cur egressus es de monasterio seminarum: quibus  
 cum ille transmigrationis sue causam referret / & timuisse se diceret / ne aut sibi / aut  
 illis noceret: hoc illi ad ista respondent. si igitur ab huiusmodi temptatione / per nos  
 fueris liberatus: vadis & rursus ipsarum suscipis curam? Ad quod cum libenter ille  
 acquiesisset: iusserandum ab eo huiusmodi / sicut ipse referebat exigere ceperunt.  
 iura inquiens his verbis. Per eum qui habet curam mei: illarum curam habiturum  
 esse / me iuro. Cum ergo illis verba iurasset: tunc unus ex ipsis manus illius tenuit /  
 et alter pedes / tertius autem arrepta nouacula illum emasculare visus est. no quod  
 pro vero hoc faceret: sed quod facere videretur. na in quodam stupore animi / eo  
 tempore se esse credebat: atq; hac sentiebat se ratione curatum. Tunc igitur angeli  
 interrogant eum: an aliquid sibi / factum suum profusse sensisset. Ille respondit ve-  
 hementer inquiens intelligo / onus quoddam michi esse sublatum: & satis credo /  
 omni quam formidabam / me molestia liberatum. dicunt ei. Ergo nunc vade ad mo-  
 nasterium tuum. Qui post quinq; regressus dies: ingressusq; lugentium monaste-  
 rium seminarum / in eodem exinde loco matisit in cella ex obliquo habitaculi illius  
 posita / in qua cu magis ipsis proximus videretur: frequentibus eas quantu in ipso  
 erat / emendationibus / corrigebat. vixit autem alios quadraginta annos: sanctis pa-  
 tribus asseuerans / quod nunq; ultra in cor ipsius cogitatio talis ascenderit. Hanc  
 ergo beatus ille Helias dei gratiam meruit: vt sic propria cura / muliebre monaste-  
 rium gubernaret. **D**uic succedit Dorotheus vir beatissimus: qui in moribus  
 laudabilis vite consenuit. non quidem in monasterio ipso / ita conuersari preualebat  
 vt prior: in superiore tamen se condidit cella / vbi unam fecit fenestram / ex qua co-  
 templari feminas in monasterio suo posset. quam fenestram / & claudere / & aperi-  
 re consueuerat: cui & iugiter assidebat / ad unanimitatem / pacemq; sorores erudies.  
 Itaque in superiore illa monasterii pte: consenuit. cum neq; mulieres ad ipsum ascen-  
 dere: neq; ipse descendere posset ad eas. qd nec scale illic unq; posite erat: per quas

huiusmodi cuiquā pateret accessū. hec est beati Dorothei/in abstinentie virtute perfectio/& finis huiusmodi.

## ¶ De Piamone virgine.

## ¶ Cap. XVIII

PIA-  
MON

**P**iamon nomine virgo quedam fuit: que omnes etatis sue annos cū ma-  
tre sua vixit/iugiter faciens opus lini/& post alterū semp diem circa ve-  
speram cibum sumens. Hec a deo meruit accipere scientiā futurorum.  
Nā cum apud egyptum quondam in ascensu fluminis nili/contra vici vnius exci-  
dium vicus alter veniret (cum grandi enim certamine/partiuntur irrigationis vi-  
ces: vscadeovt & ad vulnera sua/mortesq; descendat) cū igitur fortior populus  
ad inferioris vici homines/in quo erat ista/venisset/numeroq; sue multitudinis fi-  
dens/ & tam militaribus q; rusticis armis instructus / ad euerionē supradicte pos-  
sessionis accederet: astitit ei angelus aduētū inimicorū nūciās/que nullus illīc pote-  
rat suspicari. Tūc virgo memorata/vici presbyteros cōuocauit: hoc dicēs. Exite &  
occurrite iis/q; de vico illo ad internitionē vestrā ventre festināt: ac ne vna & ipsi  
cū cellulis vestris cede pereatis/deprecamini eos/ut ab apparatu certaminis huius  
recedant. Cūq; presbyteri/admodū ad hec dicta timuissent: proni ad pedes cadūt  
rogantes eā/ atq; dicentes: quia nos non audemus eis occurtere. Scimus enim: &  
ebrietates eorū/ & audaciā nō ferēdam. sed adde hoc quoq; inquiūt misericordie  
tue/ supra omnē hūc qui tremit vīcū/ & super istā quoq; domūculū tuā: & magis  
ipsa progredere/atq; occurre veniētbus/locūq; istū redde paccatū. At illa hoc q;  
dē se facturam negauit: ascendit tamē protinus superiora domus proprie/& tota  
illīc nocte in cōtinua oratione permāsit/ne genua quidē flectēs/atq; has domino  
preces effudit. domine inquit de⁹/qui omnē iudicas terrā/cū nīchil vñq; placet in-  
iustū: ascēdat ad te oratio mea/ & adueniat vīt⁹ tua: que in excidiū nostrū ruētes  
in eo ipso/in quo illis occurrit loco /veluti clauorū affixione cōtineat. hoc ergo  
sermone/ & hac oratione cōpleta: hostes eorū in tertio tā vici lapide cōstituti/cir-  
ca primā horam dīcīta in memorato heserūt loco: vt prorsus moueri inde non  
possent. hoc aut̄ & ipsis reuelatione patefactū est: quod molitiones eorū/ oratio-  
nes/ memorare virginis impedissent. Mox itaq; quibusdam de suis ad vīcū ipsius  
missis: postulant pacem. ista mandantes: gratias deo agite/ qui vos orationibus  
Piamonis/ ab excidio vestre possessionis auertit.

## ¶ De Pachomio.

## ¶ Cap. XIX

PACHO-  
MIVS.

**P**ebennensis nomine/in thebaide prouintia dicitur locus: in quo Pa-  
chomius quidā fuit. vīt⁹ iustus in tantū: vt per diuinā gratiā nosset fu-  
tura/ & āgelica etiā visione frueretur. hic ad perfectū misericors & hu-  
manus fuit: & inestimabili fratres amore dilexit. Ad quem in spelunca sedentē an-  
gelus domīni venit/dicens ei: per omnia que ad propositū tuū pertinent/ scias tē  
esse perfectum. Vnde tam in spelūca superfluo sedes: veni igitur / & relīcto hoc lo-  
co/collige omnes monachos iuniores/& cum ipsis habita. & eos iuxta regulā vī-  
te / quā a me disces: institue. Tabulas autē illī cereas dedit: in quibus scriptū erat/  
permittes vnicuiq; vt tantū quantū poscit/ & cibi sumat/ & potus. & iuxta mādu-  
cantiū/ & bibētū vīres: paribus quoq; operibus eos subiugabis. & neq; quēquā  
ieiunare/ neq; māducare prohibebis. ita tamē vt fortiorib⁹ & magis edētib⁹: semp  
opus grauius iniūgas. Infirmi autē & vere monachi: ad operādū leuius vrgeātur

Regule p  
monachis  
ab angelo  
date bea-  
to pacho-  
mio

diversas etiā intra atrium domus cellulas facies: & ternos per singulas manere pre-  
 cipies. in uno tantū loco cibus omniū fiat. somnū vero capiat nō facetes: sed sup  
 instructas/ & paululū rediles cathedras/ & velatas palliis suis/sedētes quiescant.  
 vtātur autē noctibus/lineis vestib⁹ (quas leluotonas vocat) cūdī: & singuli quiq  
 eorū pellibus caprīnis bene cōfectis tegātur. quas pelles nec tunc quoq; cū volue-  
 rint abū capere/vel somnū: deponāt . quādo autem ad cōmunionē sabbati/ vel  
 dominici diei ingrediūtur: vnuſquisq; suū cingulū soluat. pelleq; deponat/ & cum  
 cucullo tantū ingrediatur. Cucullos autē ipsos sine villo paruulos fieri: vt infantib⁹  
 bus ordinauit. in quibus & quedā signa de purpura: fecit intexi. Iussit viginti quat-  
 tuor esse ordines fratrū: iuxta viginti quattuor numerū litterarū. & vnicuiq; ordi-  
 ni supposuit litterā grecā ab alpha/ & beta/gāma/delta/ & ceteris vsc⁹ w. dū igit  
 interrogaret sanctus Pachomius/ & in tāta multitudine singulorū requireret vīta:  
 dicebat secūdo illi qui erat i suo ordine prior quēadmodū se habet alpha/vel quo  
 modo habet beta? Et iterū salutē p vñūquēq ex proprio signo/ & vocabulo litte-  
 re requirebat. Et simplicioribus quidem perfectisq; monachis inquit angelus/iote  
 littere nomen: durioribus autem/ac difficilioribus chi littere nomē impones. Itaq;  
 vnicuiq; ordini/tales vocabulorū imprimis notas: vt mores per eas significantur  
 animorū. Soli tamen spirituales nouerāt viri: qualem supposita elementa vitā sui  
 ordinis indicare videātur. Scriptum autē hoc in tabulis ipsiſ erat. Si quis inquit de  
 alio monasterio peregrinus aduenerit/ alia regulam sequens: nec manducet cū illis  
 iste/nec potet/neq; in mansiōne eorū introducatur: nisi forte in itinere eis dē fuerit  
 adiūctus. Quicq; vero iccirco ad eos fuerit ingressus/ vt cū ipsiſ permaneat: non  
 illū nisi trienniū tēpus impleuerit/in loca monasteriū secretiora recipies. sed cū ptius  
 per trienniū totū laboriosius opus duriusq; pfecerit: tunc receptū intrinsecus eum  
 iam esse pmittes. Edētes/cucullis capita sua velent: ne alter mariducantē alterū fra-  
 trem aspiciat. Nec loqui quicquā dū edit liceat: nec aspicere ad vllam alterā partē  
 nisi ad solū catinū/& ad solam cui supponitur mensam. hoc etiā ordinauit & tu-  
 sit: vt orationes duodecim numero p totū diē facerent. & rursus duodecim alias:  
 quando ad vespertinū lumen venirent. In nocturnis quoq; vigiliis: totidē preces  
 effunderēt. tres autē solas: ad horam nonā diei. Quādo vero vniuersa multitudo  
 conueniebat ad manducandū: vnicuiq; ordini in singulis orationib⁹ statuit psal-  
 mū precinere. tunc sanctus Pachomius quasi cōtradicere angelovoluit/hoc dicēs.  
 Pauce sunt iste orationes. Cui respōdit hoc angelus. has orationes fieri iccirco pre-  
 cepi: vt & minores sine aliqua implere tristitia impositam sibi viuendi regulā pos-  
 sint. qui vero firmioribus consummatoribusq; sensibus viuūt: non est illis necel-  
 se aliena lege constrīgi. ipsi enim semetiplos intra cellas/vniuersameq; vitam suā/  
 visioni & cultui dei penitus dederunt. his ergo inquit ista precepit: qui nec inueni-  
 re possunt/vel implere que prosint. vt cum seruili quadam necessitate compulsi/  
 ostenderint dignam in se sub proposito disciplinam: tunc demū ad fidutiam va-  
 leant diuine notitie peruenire . his itaq; dispositis/ impleteq; ministerio: angelus  
 discessit a sancto Pachomio . Plurima igitur sunt monasteria / in quibus ad sep-  
 tem millia sunt virorum: que huiusmodi instituta custodiunt . Sed maximum id  
 habetur/ & primum in quo Pachomius ipse detegebatur: ex quo videntur/ & ce-  
 tera monasteria processisse / que ad mille quadringtonos fratres habere noscum-

Alpha α
Beta β
Gāma γ
Delta δ
Iota ι
Chi χ
Omega ω
Notap- sectorum
X Nota difficilio- rum

tur. Inter quos etiam est quidam famulus dei / Antonius nomine / admodum mischi amicitarum iure coniunctus : qui secundum in illo monasterio optinet locum. quem de vita ipsius / & cōuersatione securi : alexandriā sepe transmittūt / vt illuc ea quidem que in monasterio fecerint / vendat. ea autē que scit necessaria : emat semp / ac referat. Sunt & alia monasteria ducētenos fratres / & trecentenos habētia : in ea quam panos ciuitate vocant : quam ego quadringentos habentem viros ingressus / inueni. Inter quos sartores quindecim repperi : fabriferrarios septem / carpentarios quattuor / camelarios duodecim / fullones quindecim numero / singulos in arte propria laboratēs . & ex iis que cotidiano vīctui superesse poterant : etiā monasteriis seminarum / carceribusq; viciniis / necessaria queque prebentes. & qui sues etiā pascebāt. Quod cū ego reprehendendū putarem : hoc quoq; ex traditione maiorū / se suscepisse dicebant. quia in circa in monasteriis esse oporteret sues : ne & cibratarū excremēta frugū perirent / & purgatorū folia olerū / & cetera / que dānū (si proūcerētur) inferrent. Occidi igitur sues ipsos iubebant : & carnes quidē ipsas ementibus vendi / vngulas tamen / ac minimas partes eorū / in egrotorum / ac tenū epulas deputari : eo quod in regione illa / grandis esse inopia rerū / & frequētia hominū videretur . blemmyos autē vicinos suis finib; habent . Antelucanis igitur horis surgentes / qui per dierum vices reliquias seruiebant : alii coquebant cibos / alii mensas parabant. quas circa tertia diei horam ponere soliti / perfecto omni opere suo : superponebant eisdem panes / & herbulas quasdam suo more cōditas / quas lapianas vocant . olivas quoq; / & caseū preter carnes / cōminuta etiā diuersi genetis holera. Quibus in hūc ordinatis modū : alii sexta diei hora ingrediētes / sumebāt cibum / alii septima / alii octaua / alii nona / alii decima / alii undecima / alii profunda tam nocte vesci consueuerant. quidā autem post bidūt etiā capiebant cibū . Ex propria tamē littera : poterat hora vniū cuiusq; cognosci. Similiter etiā iplis erat : et opera diuisa. alii enim agriculture inseruiebant / alter ortum colebat / ille officine fabrice vacabat / ille pistoris / alter carpentarii / alter vero fullonis arte clarebat / alter pelliū / alter coriorū cōfēctione sudabat / alius codicū lectione vel conscriptione gaudebat / alter sportellas grādes intexere solitus erat / alter minores. omnes tamē simul : memoriter spirituales libros tenebant.

## De tabennensiōtis feminis.

## Cap.XX

TABEN-  
NENSI-  
OTEFE-  
MINE

**H**ec autē apud istos / seminarū quadringentarū numero monasteriū / illū dem moribus / atq; eadē ordinatione viuētiū : excepto velamēto pelliū solo. Et mulieres quidem trans fluuiū habitant : intra fluuiū autem viri. Cūq; defuncta vna virginū fuerit : vestirā eā vt astolet deferūt alie / & supra ripam fluuii ponūt sorores. quā inde cū olearū ramulculis palmulculisq; nauicula transfrētantes viri / & psalmos canentes : ad suas transferunt partes / & in proprio cum reliquis deputato condunt sepulchro. Nullus tamen excepto presbytero / ac diacono / transit ad monasterium seminarum : & hoc per dominicum diēm tantum.

**I**n hoc ipso mulierū habitaculo : res accidit talis . quidam sartor vestitū secularis trāsgressus fluuiū : opus ab iplis aliquod / p ignoratiā postulabat. cūq; vna de feminis iuuenis processisset (tuto enī videbāt hoc facere / propter solitudines ipsiū / ac deserta regionis) subito eū nō spōte cōspexit / deditq; illi tale respōsum. nos ad emendandas res nostras : artifices nostros habemus. Alia de feminis cū eos in hac

vissione quā retuli notasset: post tēpus aliquantulū orto inter eas iurgio/ex diabolica suspitione/& proprii cordis malignitate/iracūdieq; feruore memorate in con spectu aliarū sororum cepit calūniari. eiq; nō nullū ex ipsis/nō tamen cum grandi malicia consentiebant. Illa igitur admodū tristis effecta/cū tam manifestā calūniā ferre nō posset (sciebat enim se: ne intra sensus quidē suos/ tale aliquid cogitasse) occulte se precipitauit in fluuiū/atq; hoc fine defecit. quod vbi que calumniata ei fuerat audīuit: non ferens tanti sceleris atrocitatē/& ipsa tunc laqueo innexa defecit. Alie autem sorores huiusmodi factum: ingressio ad eas presbytero retulerunt. Tūc ille precepit nullū quidem nomine ex iis que se tali morte necauerūt: debere oblationē deo fieri. Quetūq; autē viderētur ex illi<sup>9</sup> dicti insurrectione discordes/veluti que conscie peccati essent/quia tali calumniae credidissent: iussit eas p septem annos sanctorum mysteriorum cōmunione priuari.

De alia virgine.

Cap.XXI

VIRGO  
Q VE  
STVL  
TAM SE  
SIMV  
LAT.  
Adagium

**H**icit alia in hoc monasterio virgo: que stultā se esse propter christū/ac demonē se finxit habere/ut virtutē sui propositi posset implere. Que cū se admodū humiliaret / atq; deiiceret/ vīcādeo omnibus aliis hor rori erat: vt ne cibū quidē cū ea caperēt. Talē ergo gratāter elegerat vitā/& a co quinā nūq; recedens/totius illic ministerii tāquā ancilla cūctis obediens/ implebat officiū/eratq; secundū vulgare proverbiū: vniuerse spōgia dom⁹. Impletū a se/re bus probans: quod in sancto euāgelio scriptū legimus. si quis inter vos vult esse maior/sit omniū seruus/& omniū mīnister. Et beatus apostolus. si quis inquit ex vobis putat se esse sapiētē in hoc mūndo: fiat stultus/ut efficiatur sapiēs. hec igitur inuolutum pānis habebat caput: & ita omnibus seruiebat. cetere autem virgines tonse/cucullis cooperiūtūr. nulla hanc potuit de quadringtonitis: videre manduca tē. nūquā per oē euū suū: sed sit ad mensam. a nulla vel modicam ptem panis acce pit: sed micas tantū detergens illa mēsarum & abluens ollas/his solis alimonis cō tenta vituebat. nunq; calciamentis est vſa: nulli vnq; fecit iniuriam. nulla ipsis murmur audiuit. nulli autem parum aut satis vnq; locuta est: & certe cū ab omnib us cederetur/cum omniū viueret odio/cum maledicta omniū sustineret. **D**e hac sanctissima beato Piterio (cui hoc vocabulū erat) probatissimo viro/semper inter desertavienti/astitit āgelus quōdam sedentī in porphyrite qui dicitur loco/affatusq; est eū his verbis. Cur grāde inquit aliquid esse te credis i tuo proposito/et in huiusmodi degens loco: Vis videre mulierē te sanctiorē: Vade ad thebennē siotarum monasteriū feminarū: & vnam ex ipsis illic inuenies/ in capite haben tem consciſsum pannū/ipsamq; te cognosce esse meliore. Nā dū contra tantas lo la/diebus ac noctibus pugnet: cor ipsis a deo nūq; recessit. Tu autē vno in loco residēs/ neq; quoq; nā aliquādo progrediēs: p omnes animo & cogitatione vibes vagaris. Statim ad supradictū monasteriū venit: & magistros fratrum rogauit ut transueheretur ad habitaculum feminarum. quem mox illi vt vita gloriolum virum/& iam prouectioris etatis: cum fiducia grandi fluuiū transire fecerunt. In gressus autem: post orationē/ omnes sorores desiderauit inspicere/inter quas solam illam propter quam venerat/non videbat. Ait ergo ad postremū: omnes mihi adducite. deesse enī videtur aliqua. dicūt ad eū. Oēs hic sum⁹. Quib⁹ respōdit: vna deest/quā michi angelus demōstrauit. dicūt ei: vnā stultam habemus intrin

Piterius,

secus in coquina. sic enim eam/ que demone vexatur: appellant. Ait ille/ exhibete michi quoq; ipsam: vt eam videam , Quo audito/memoratam vocare ceperunt : que cū nollet audire/senties credo aliquid/aut fortassis hoc ipsum diuina iam reue latione cognoscens : dicunt ei/ sanctus Piterius te videre desiderat . erat enim fame ac nominis grandis. cūq; ad eū fuisset exhibita/vidissetq; panno frontē illius inuo lutā: proiecit se ad pedes eius dicens/benedic me ama. Procidens autem & ipsa ad pedes ei⁹/dixit: tu me benedic domine. Omnes igitur sorores obstuertū/simul dicētes:nolí abba/talē iniuriā sustinere. fatua est enim ista:quā cernis. tunc sanctus Piterius/hoc ipsi⁹ omnib⁹ ait: vos estis fatue. Nā hec vestra & mea: cū sit melior/ est amas(hoc enim nomine vocant illi spirituales matres)& precor deū/vt dignus ipsa in die iudicii merear inueniri. Quo audito/omnes simul ad pedes sancti Piterii prociderūt: singule varia peccata propria confitentes/ quibus illā sanctissimā con tristariūt. Et alia quidem dicebat: ego eā delusī . alia ego habitū eius deiectū/ derisi. alia ego eā quod esset tacita : iniuriis affligebā . alia abluens sordes catini: super eā se fudisse dicebat. alia colaphis eā a se verberatā sepe/memorabat.alia nares ipsius sinape impletas a se esse: deflebat . cetere quoq; diuersas referebāt : se ei iniurias irrogasse. Pro quibus omnibus sanctus ille/vna cū rememorata sanctissima virgine fusis deo precibus: regressus est. post paucos autē dies/ non ferens illa tantam sui gloriam/tantoq; se nolens sororum honore cumulari/grauaricq; se credens satisfa ctionib⁹ singularū: egressa de monasterio illo/quo ierit/in quē diuerterit locū/ vel quo fine defecerit/ad nullus potuit haec tenus notitiā peruenire.

## De Ioanne.

Cap.XXII

IOAN= NES.

**H**ec quidā Ioānes in oppido cui Lycus vocabulū est. qui carpētarū qdē ariē/dū adhuc esset puer didicīt/fratrē tamē tinctorē habuit. quicq; post modū/cū iā viginti & quincq; esset ánorū: huic seculo renūcīauit . Et p quincq; ános in diuersis monasteriis degēs:ad postremū/solus sese in lycū contulit mōte. In cuius cacumine: trīum sibi volumītū cellulas fecit. Ingressusq; illuc/ ita se inclusit: vt aditū quoq; ipsum p quē introīt/obstruxerit. erat igitur vñvolumen ad corporales deputatū necessitates: aliud in quo opus facere/& cibū sumere con sueuerat. tertium in quo orabat . hic igitur cū triginta iā annos cōpleffet inclusus/ per solam semper fenestrā/necessaria viētū suo ab administrante suscipiens:me ruit talē gratiam dei/ vt haberet scientiā futurorū. nā & sancte memorie Theodo siō imperatori/frequentē & varia ex iis que essent euentura predixit . Primū qdē de maximo tyranno/quod & superaturus eum esset/ & galliarum ex partibus re uersurus. Postea autem & de Eugenio tyranno: eidē que subsecuta sunt/ ante pre dixit. quod eum quidem superaturus esset: sed ipse ibidem vitam finiturus/filiūq; suū successorē imperii relicturus . de quo apud omnes grandis semp fama conuauit. Propter quod & Theodosius imperator: prophetali eū venerari honore cō sueuerat/asserens illū magne esse virtutis. Cū igitur nos/hoc est ego/& beatus Eu agrius/& Ammonius/& Albinus circa nytrię solitudines degeremus: cupiebamus diligenter agnoscere/memorativi virtutē. Ait ergo nobis tūc sanctus Euagrius: libēter audirem ab eo/ qui mentem atq; sermonem bene nouit probare/ qualis sit iste vir quem loquimur . si enim eū non prius alio referente/cognouero : necesse iam erit/ vt ad montē eius ascēdam. Quod cū audissem ego/neq; cuiq; quicquam

tale dixisse: uno die tantum moratus/ alio clausi cellulam meam/ & me atq; ipsam  
 comendans deo/thebaidem vsq; perrexii. diebus decem & octo/omni itinere  
 cōfecto: partim ambulando pedibus/partim per fluuiū nauigando. agebatur au-  
 tem hoc eo tempore/quo fluuius solebat ascendere: quando multi egrotare con-  
 sueuerant/quod sum & ipse perpessus. Cum ergo illuc venisse clausum septum  
 illud inueni: quod ante ingressum cubicularum ipsius erat. Postea enim ipsum lo-  
 cum extruxerāt fratres. talis autē erat edificii ipsius/magnitudo: vt fere centū cape-  
 ret viros. Clausum autē semp ipsum habentes locū: solo sabbati & dominico die  
 aperire cōsueuerant. cognita ergo causa ob quā clauderetur: quieui/expeſas sab-  
 bati diē. qui cū aduenisset: ingressus sum circa horā secundā/ut supradiutū viderē  
 virū. Inueni igitur eū affidente fenestre: ex qua ad se ingrediētibus solebat loqui.  
 Post primā itaq; salutationē hoc michi p interptē dixit. vnde es: vel cur aduenisti:  
 nam ego de sociis Euagrii/ vnū te esse coniicio. Respōdi me esse peregrinū: & de  
 galacie partibus venire/ & vnū me ex Euagrii fratribus esse/cōfessus sum. Interea  
 dum loquimur: ingressus est subito prouincie ipsius preses/ Alipius nomine. Ad  
 quem relictū quē mecum habebat sermone: se cōtulit. Secessi igitur ab hisdem pau-  
 lū: & loco cedens eminus steti. prolixas autē eorū fabulationes grauiter/ac mo-  
 leste ferēs/intra meipsum/bonū illū senē reprehēdebā: eo quod meo sermone cō-  
 tépto/illū potius honorasset. Ideoq; cū michi ingratiū fuisset: spreto eodē/ recede-  
 re cogitabā. vocauit itaq; ad se tunc ille/Theodorū nomine interpretē suū/ dicas:  
 vade ad fratrē illū/& dīc ei/nolī esse pusillanimis. Iam nūc enim dimittā presidem:  
 et tecū loquar. cognoui igitur ex hoc/esse hominē spiritualē:& omnia preuidere.  
 et iccirco eo magis cepi remorari. Egressovero/mox Inde preside:me vocauit. his  
 me alloquens verbis. Cur inquit animā tuam / mea reprehensione leſisti: quam  
 in me inueneras culpā: vt ea in tuis sensib; cogitares / que nec in me cognosco/  
 nec tuos scio mores dicere: An ignoras illud quod scriptū est: quod non incolu-  
 mes/ac fortes/sed quod male sani medico semp̄ indigeant: nam tu me cū velis: &  
 rursus ego inuenire te possum. & si ex me forsitan nullū: ex aliis tamē fratribus ali-  
 quod patribusq; poteris habere solatiū. Iste vero totus ex secularib; rebus diabo-  
 lice deditus potestati: vix breuis hore spacio potuit respirare. et nūc tentans/sicut  
 quidā seruus austērū dominū suū fugiens/venit: vt salutare hic inueniret auxiliū.  
 Inconsultā igit/ atq; importuna res fieret: si illū relinquerē/& tecū morarer/q iug-  
 ter salutis tue cōmodis vacare cōsuesti. quē ego magnopere precatus sum:vt pio-  
 me dignaretur orare. Hoc enim michi spiritualē/illū virū esse certissime persuasit.  
 Tunc ille iam letior: dextera sua/in sinistra me leniter vultus mei pte percussit/hoc  
 dīcēs. multe te tribulationes manēt: passus es multa/ut exires de solitudine. & in-  
 terim hoc formidans: aliquantulū facere distulisti. pias autē tibi/& quasi rationa-  
 biles occasiones afferēs demon: vētilare te rētat. admonuit enī & circa patris deli-  
 deriū/ & quēadmodū frater tuus/sororq; cōuerti/ atq; in solitudine agere vitam  
 suam deberent. Ecce/nunc tibi hoc ego renuncio: vtrosq; saluatos esse cognosce.  
 Renūciauerunt enim ambo secularibus rebus. & pater inquit tuus/aliós septēv;  
 eturus est annos. insiste igitur ac vitie in desertis/ vt cepisti/locis: neue paretū cau-  
 fa tuorum/ad patriā redire festines. Scriptum est enim: nemo mittens sup aratum  
 manū suā/& retro aspiciens: aptus est regno celorū. vehementer igitur atq; mor-

**T** Para.

daciter ex huiusmodi verbis instruet⁹/ac doctus: gratias eg⁹/deo . maxime postea  
q̄ occasiones/que me solitudinē relinquare cōpellebāt: iuxta votū meū/ impletas  
esse cognoui. Rursum q̄ michi hoc cū risu placido/& iocis dixit. vis inquit episcop⁹  
pus fieri? Ego autē me iam esse/respondi. Interrogabat vbi: dixi ego in coquīnis/  
mensis/tabernis/officīnīq̄ figurorū: hec enim cuncta inquā diligenter inspicio. &  
sic fuerit acidūvinū: a prandio meo illud excludo/quod autem fuerit bonū: bibo.  
Similiter inspicio & ollas coquorū/& si deesse sales videro/ aut aliquid cōdimēti  
genus: addo/meliusq̄ cōditos cibos comedo. hic est episcopatus meus. voracitas  
enīm mea: talem me episcopum fecit. At michi hoc ille sanctus subridens: remoue  
inquit iocos. nā episcopus es futurus/plurimūq̄ tribulationū habiturus es/ac la-  
borum. Si igitur istavis fugere: noli relinquare solitudines nostras. nullus enīm te  
in desertis degentem locis: episcopum faciet. descendens autem tunc ego/a memo-  
rato viro: regressus sum ad deserta/in quibus esse consueverā/venerandis illis pa-  
tribus hec ipsa que illīc cognoueram de spirituali/ diuīnoq̄ referens hominē: qui  
post duos menses ad eundē beatissimū/nauigando venerunt. **E**go autē miser-  
rimus: dictorū eius immemor fui. Post triēniū igitur tēpus: valitudinē ex infirmita-  
te stomachi/ac splenis incurri. & ex supradicto loco a fratribus alexandriam vsc⁹  
transmissus/atq̄ illīc hydropem medicans. ab alexandria quoq̄ profectus: suadē-  
tibus medicis peto palestinā causa cōmodarū que esse ibidem putabātur/aurarū.  
tenuiores enim aeres: magis egritudo mei corporis requirebat. de palestina autē  
ad proviñciā bithiniā veni. In qua nescio quomodo vtrū studio hominū/an-  
volūtate diuina (hoc deus nouit) episcopus vltra meritū meū factus sum. In quo  
tempestatis illitus que sub sancto Iohāne cōmota est/interfui malis: & per decem  
menses in obscurissima cellula occultatus/ cepi illitus sancti dicta reminisci. cū ea illīc  
que predixerat: sustinetrem. hec autē forte michi/rūc ille magnis athleta christi dī-  
cebat: cupiens me ad sustinēdā solitudinūvitā/huiusmodi prenūicationib⁹ pro-  
uocare. nam quadraginta octo annos/in eadē cellula sua se habitare dicebat: nul-  
lius se vnq̄ femine vultū vidisse cōfirmās/ne sororis quidē/neq̄ semetipsum eden-  
tem/aut bībentē ab altero vīsum. **A**d hūc vidēdū: & ancilla christi **Poemenia**  
venierat. cui ille non vise: quedam per alīū secreta mandauit/admonuitq̄ eā ne de  
thebaidīs regiōne proficiscens/diuertere alexandriā vellet. Quod si eum nollet au-  
dire: in tentationē eā quandā/necesse essent incidere. Sed cū illa seu per negligētiā/  
sive per obliuionē suā/ non ita vt iusserset sanctus ille fecisset/ alexādriam venit/ vt  
cerneret sibi incognitam ciuitatē. dū ergo iter conficeret iuxta oppidū/cui nīcius  
nomen est: applicuerūt naues eius ad resoluendū/longe nauigationis laborē. In-  
gressi igitur pueri ad terram: quadā proteruitate duēti/contra loci illitus rusticos/  
quorū superbiā/audaciāq̄ nullus fert: iurgia excitare ceperunt. Ex quibus multi-  
tudo memorata/eunucho quidēvni/digitū abscedit/ac rapuit: & aliū trucidauit  
sanctū autē dionysiū quem vulgus esse episcopū nesciebat/prope mersit in fluuiū/  
ipsum vero iniuriis/terroribusq̄ confecit/ teliquis omnibus pueris vulneratis.

**D**e Possidonio.

**C**a.XXIII

**P**ossidonio thebeo/viro probatissimo/atq̄ patientissimo: inenarrabilia quedam/& multa memorātur. Tam autē mansuetū virū/tā vere **Possi-**  
**donivs** monachum/tāq̄ nichil habētē in se malicie: nullū ego alterū vidī. nam  
di

Heraci-  
des futur⁹  
episcopus  
palestine

pemenia

## Hera.

apud bethleem cū eo per annū integrū vixi . eo tempore cū sederet in illa regione  
quā pemenion dicitur . & multo plures in eo scio me vidisse virtutes . inter quas hoc  
michi quondā & ipse referebat: dicens . vno anno cū in eo loco / qui porphyrites  
vocatur/habitarem: nullum hominū dum illic degererē vidi/sermonē nullius au-  
diui/nō attigi panē. sed de paucis tantū dactylis vixi/& herbis aggressibus: si quas  
inuenire potuisse. Interea aliquādo cū penit⁹ alimēta/quibus sustētari poteram/  
defecissent: egressus sum de spelūca mea/vtvsq; ad eas ptes/que ab hominib⁹ in-  
habitātur/accederē. & per totā ambulans diē:vix habitaculū meum/duobus mili-  
bus abesse cognoui. Circūspiciens igitur velut equitem quandam/videre me credi  
di/habentem militis speciem/& cassidem capite suo gestātem: cui in thyare modū  
crista surgebat. quem cum militē vere putarē: ad speluncā redire properau. Inue-  
ni autē illic reuersus/continuo cistellam: que vuas & ficus recenter lecas habebat.  
quam statim rapui: & sic speluncā meā letus intraui. Per duos autem mēses cibis  
ipse/maximo michi solatio fuit. Miraculumvero sanctissimus Possidonius in-  
ca bethleem fecisse memoratur huiusmodi. Quedā mulier pregnans/ab spiritu in-  
mundo fatigabatur:& tempore partus sui cum maxima difficultate pariebat. eam  
enim spiritus ille cruciabat. cum igitur mulier infelix sic vexaretur a demoni: maris  
tus eiusdem ad sanctum Possidoniū decucurrit/rogans eum vt dignaretur venire  
atq; orare pro ea. Ingressisq; nobis ad orationē simul/ cum ille stās cepisset orare/  
bis in terra tantum modo fixis genibus: impurū illum spiritū/mox fugauit. As-  
surgens autem de solo:dicit hoc nobis/orate rogo. iam nūc enim dum spiritus ille  
expellitur: signū quoddam monstrabitur nobis. Et vt satis fieret nobis post hec  
ipliū sancti dicta: a fundamentis parietem vestibuli demon abscedēs/eruit totū/  
atq; defecit. Per totum autem septenniū ipsa muliercula/semper muta permāserat.  
Postea vero q̄ a sancto illo / qui eam a demone liberavit visitata est: mox & pe-  
perit/& loqui promeruit. Huius viri etiam prenūciationem (quā prophetiam  
vocant) aliquando cognoui. postea & Simonem admirabilem virum: quem inte-  
rim ego notasse/ac nosse me memini. hic michi beatissimus atq; abstinentissim⁹ pos-  
sidonius : etiam ista referebat. quod a quadragesimo eius anni: vsum panis in  
viētu proprio non haberet. necq; vscq; ad medium diei spacium/iracundiam aduer-  
sus vllū/tenuisset. hec sunt miracula/atq; signa fortissimi i christo Possidoni⁹. que  
diuina gratia operatus: in his vitam famatam finire promeruit.

## De Serapione.

Cap. XXIII

SERA  
PION

Sindon/  
sindonis:  
līntēū si-  
gnificat.

Lius quidam Serapion nomine fuit/qui sindonius cognomen acce-  
rat: quia nulla alia veste nisi sola sindone vtebatur. Quē nichil vñquā  
habuisse/vel possedisse: satis notū omnibus fuit. propter quod & apa-  
thesid est impassibilis vocabatur: quia nullū patiebatur desideriū possidendi. Pe-  
ritissimus autē erat sciēta litterarū/cripturasq; oēs tenaciter/ memoriterq; recole-  
bat. Qui ex nimia abstinentia omniū rerū/& ex iugis diuinorū meditazione libroru:  
cellulevnius quiete/nō poterat esse cōtentus/sed per diuersas mens semper ipsius  
trahebatur. toto igitur mūdi fine discurrens: ad talis glorie virtutē ascendit. huius  
enim habitus: id est volūtatis mens ei⁹ erat . vnde & volūtati/affectioni⁹ diffe-  
rētias: nō substātarū vocam⁹. Hoc autē de eo patres sancti aliquādo referebāt.  
quod per monachū aliquē conlusorē suū/in oppido quodā viginti solidorū p̄cio

**P**ara.

paganis semet ipsum distraxerit nimis. & quos signatos pro se acceperat solidos: apud se ipse seruauerit. tā diu ergo cū predictis qui eū emerāt nimis/in tali seruitute permāsit: quamdiu & christianos eos faceret/ & a ludis theatricalibus separaret. nullo autē alio ad viētum suū/excepto pane & aqua vtī solebat: nec vñq̄ scripturas sanctas legere cessabat. Interea lōgi tēporis spacio/prior mīme maritus/animō stimulante cōpunctus est:tunc & ipsa eius cōiunx/ad postremū etiā domus tota. dicebatur autem q̄ anteq̄ aliquis eius cognosceret vitā: pedes quoq̄ ipsis lauaret/ vt dominis. Postea vero q̄ spirituale lauachrum vterq; suscepit: vterq; a theatricali actu recessit/cōuersiq̄ sunt ad castā pariter ac piā vitā. vehemēter memoratum ac dulciter diligebāt vitū: hoc dicētes ei. veni frater/ iā te libertate donam⁹: eo quod ipse nos prior de turpi seruitio liberaſti . ad quos magnus ille Serapion respōdit. Nūc vobis ego iam necessarius nō sum. opus in vobis suū deus p me impleuit:& vtriusq; vestrū anima saluata est. vnde secretū meū vobis/atq; hoc quod hacten⁹ celauerā: pādo. Ego inquit miseratione vestrarū adductus animarū/quas magno errore implicitas videbam: cū essem liber monachus/ex egypto genus ducēs/propterā meipsum vendere volui/vt vos liberī a magnis peccatis esse possetis. Quia igitur ad plentē per humilitatē meā/hoc fecit de⁹: gaudeo. Iccīco aurū quod pro me dedistis: accipite. vt alios quoq; quibus subuenire possim: reperiām. Qui cum illum frequenter atq; instanter rogarent/vera assertione dicentes/q̄ tanq̄ suarum dominū animarum / patrem habituri essent eū/ si vna cum ipsis manere dignares- tur ac viuere/ neq; tamen vlo modo p̄suadere hoc ei possent: tunc dicunt ad eū/ dabis ergo ipse aurum illud pauperibus/ quod nos veluti arras quasdam pro noſtra salute dedisse cognouim⁹. & ait illis: date hoc vos/quia vestrū est. ego enī: alienas pecunias non dono pauperibus . dīcūt ergo ei . Saltem hoc te magnopere deprecāmur: vt vel post anni cīrculum nos requiras athenis. **H**ic itaq; sanctissim⁹ famulus christi frequēter peregrinādo/ ad hellada peruenit: ac p triduū mora- tus athenis/a nullo panē quo vesceretur accepit . nam neq; pecuniā habebat/ nō pellē ille/nō perā/non quicq; aliud secū preter sindonem/qua fuerat amictus: ferebat. Cū iā ergo vsc̄ ad quartā diē nichil penitus edēdo/venisset: esurire vehemēter cepit. nichil enī eo ieiunio peius: quod extorquetur inuitō . ex cui⁹ necessitate: procedit sepe pfidia. Stetit ergo supra quedā collīculū ciuitatis:vbi primates eiusdē oppidi cōcīlū habere cōsueuerāt. & illic man⁹ etiā suas pcutiēdo/ clamabat: vi se maximā pati his sermonib⁹ dīcēs: atheniēses viri/ succurrите . cōcurrētes autē oēs simul: quoſcūq; palliis/quoſcūq; cernimus birris esse vſtitos: interrogāt eū qd ha- beret/vnde venisset/vel qd diceret se pati. tū ille respōdit: ab egyptiorū qdē gene- re descedē/cōuersatione monach⁹. Ex quo tamē de patria mea/ que erat michi ve- ra discessi: in triū feneratorū man⁹ incurri . ex qbus duos qdē/quoſcūq; modo de- bītū soluēs/potui declinare/& sic ea que ab ipsis obūciebātur eī fugere: tertī⁹ autē adhuc ille me retinet/nec habeo vnde ei satis facere possim. Cūq; illi requirerēt ab ipso feneratores/qb⁹ se debitorē esse diceret: sciscitaban⁹ ab eo q̄ illi essent/vel vbi degerēt/vel q̄s ille/ q̄ ei molest⁹ esset. quē si ostēderet/adiuturos se in oib⁹ eū pol- licētur. Tunc ille/ a principio inquit iuuētutis mee : hi tres michi semp moleſti fue- rūt. Cupiditas pecunie/desideriū voluptatū/& voracitas ventris/ex qbus rebus duas hoc est pecunie/ac voluptatū cupiditatē euālisse iā videor/ nec michi vlt;

**P**ara.

rius sunt moleste. tertia vero (quā dixi voracitatem) ferre nō possum. Nam cum  
quarto die iam ex necessitate ieiunem : vrget me illa sicut seuerissimus fenerator /  
exigens debitū solitum semper/ac flagitans . & nisi reddidero : mortem minatur.  
Tunc quidam philosophorū putātes eū/ cōposita quedā & fiēta narrare : vnum  
solidū offerunt ei. Quo ille sumpto & cuidā qui panes vēdebat/dato/vnoq; tan-  
tum ab eo pane suscepto: mox ab eadē profectus est ciuitate / nec tamē vnq; po-  
stea ad ipsam reuersus est. Cognito autē eo philosophi illi/omnīq; rei veritate per  
specta/ magnū nescio quem virū esse firmātes: redditō vnius precio panis/solidū  
ab eo (quē ille suscepereat) receperūt. **C**ū ergo venisset beatissimus ille circa lace  
demonis loca: vnū illic de prioribus ciuitatis/bonū in ceteris rebus virū/oēsq; de  
domo ipsius/manicheos esse cognouit. in hac rursus/denuo iuxta exēplū superi  
vendidit se : & intra duos annos/ tam ipsum domus dominū ab execrabilis secta/  
q; coniugem eius / totamq; familiam abstractos / ecclesie tradidit . quem illi iam  
non quasi famulum diligebant: sed quasi fratrem attēdebant potius/ aut patrem/  
verum benedicentes deum . **P**ost paululum tempus/cum ab eis discessisset hic  
spiritualis adamas Serapion: cum multis aliis/& ipse ingressus est nauem/reddito  
precio prius quod acceperat a dominis/quasi romam nauigatur<sup>9</sup>. Naute vero su-  
spicantes quod sumptus haberet/& quod quasdam secum/auri species attulisset:  
suscepereunt eum/nichil ab eo penitus requirentes. nec ambigentes quod vnuis ali  
quis ex ipsis: res eiusdem quoq; vt ceterorum/in parte nauis cōstituisset. Dum igi  
tur nauigarent/ & iam abesse quingentis ab alexandria stadiis viderētur : ceperūt  
omnes qui cum ipso ingressi fuerant : circa solis occasum sumere cibum/ quod &  
naute ipsi iam fecerant. **C**ūq; eum primo die non viderent edent: causam esse ali  
quam de nauigationis molestia crediderunt . at cum nec tertio quoq; nec quar-  
to die cibum caperet : epulantes ipsi iam quinto die in summa illum quiete/pers-  
uerantem sic alloquūtur. **C**ur inquiūt homo/hic solus ipse non comedis : respō-  
dit: non habere se dicens. **Q**uo auditō vicissim se naute interrogare ceperunt: quis  
nam res eius ac sumptus suscepisset in nau. **E**t cum nulli ab eo datum aliquid rep-  
perissent: obiurgabant eum/ista dicentes. **Q**uemadmodum ascendisti sine sumptū  
bus nauim: vnde mercedes datus es nobis: vnde ipse victurus es: ait ille virorū  
patientissimus: ad me nichil pertinet/educite me atq; prossicte ad illum vbi me in-  
uenistis locum. **N**aute indignantes dicebant: ora. etiā si centū solidos dares: nūq;  
hoc libenter faceremus/cum sit nauigii tanta prosperitas. qua propter propositū  
cepe nauigationis implemus. **I**ta igitur mansit in nauī securus/vt ei vīq; romam  
naute omnes alimenta preberent. vbi ergo attigit romā athleta christi fortissim<sup>9</sup>:  
cepit requirere curiosius quisnam illic magnus esse aliquis monach<sup>9</sup> diceretur/vel  
que virgo dei predicaretur a cunctis. cum interea Cleomoni cuidam fortissimo at-  
q; abstinentissimo/miraculīq; famigerato factus est notus / cui<sup>9</sup> lectulus post ipsi<sup>9</sup>  
mortem/solebat curare languentes: viso hoc/ab eodem & edificatus & doctus ad  
perfectum. Ille enim vir eruditus atq; instruetus scientia & bonis moribus erat. a  
quo forte cum quereret: quis alter monachus vel quenam virgo deuota in urbe  
memorata degere diceretur. cognouit esse illic virginem quandam: que se ab om-  
nibus separata clausisset intra cellulam suam/atq; illic quiescēs>nullū hominū vnq;  
videret. **Q**uerit mox ipsius domū. quam cum inuenisset: accedit ad vetulam quā

**V**De mani-  
cheis

**V**Cleomon.

dam que in ministerio memorare virginis erat/hoc ei dicens. vade/& nuncia vir-  
gini: quia necessario eā videre desidero. Illa vero reddidit respōsum dicēs: quod  
ex multis annis neminem videt. dicit ei: vade nuncia ei. deus enim me ad collo-  
quium ipsius misit. Illa vero: nec sic quidem voluit nunciare. Cum itaq; illuc duos  
vel tres dies obseruasset/& tuin demū ab ea suscep̄tus fuisset: ait eidē. Quid hic se-  
des: illa respondit. non sedeo/sed ambulo. dicit ille: Quo ambulas: illa ad domi-  
nū inquit. ait ille/viuis: an mortua es: illa respōdit/credo i deo meo esse me mor-  
tuā seculo. nā carne q; viuūt: ad dominū ire non possunt/ait ille: si igit̄ hoc ipsum  
suadere vis michi: fac ipsa quod facio. Illa respondit si possibilia tātū iussertis: fa-  
ciā. tūc ille respōdit/possibilia cūcta sunt homini/huic seculo mortuo/preter solā  
impietatē. deinde ait. egredere & procede. & illa respōdit. vicelīmū & qntū ānū  
ago/ex quo nūq; ex hoc loco egredior: quā ob causam ergo vis hodie procedā:  
Ait ille Vah nōne tu dixisti: quod seculo mortua sis: vnde māfestū est: quod &  
seculū tibi. quod si verū est/& mortuus nichil lentit: vñt ergo est/siue nō proce-  
das siue procedas. ergo progredere. hec audiens virgo: processit. postq; autē pro-  
cessit e cellula sua/& ad quādā basilicā venit: rursus ille sanctissim⁹/ illuc ad eā log-  
tur. Si ergo vis suadere michi certissime/ quod mortua sis/nec iā hominib⁹ placēs  
vivas: fac & ipsa quod facio/& vere te mortuā seculo scio. Et ait virgo. Quid vis  
amplius faciam: Exue te inquit vestibus tuis: & omnes res quib⁹ vteris ita vt ego  
super humerum tuum pone/& sic trāsi per mediā ciuitatem/& eodem more/ me  
nudum nec aliqua verecuria perturbatum sequere precedentem. Ad hoc illa re-  
spondit. Sed multorum animas/que me tam deformiter ambulare viderint: ledo/  
et aut insanam cuncti esse credent/aut demonem pati dicent. Ait ille. Et quid hoc  
ad te: si aut demoniosa credaris aut voceris insana. Tu enim apud illos qui hec lo-  
quuntur (vt dicas) mortua es. mortuo autem nunq; cure est si quis ei vel detraxerit/  
vel irriserit. nichil enim horum potest sentire. Tunc dixit ei virgo. obsecro te quic  
quid aliud vis in meo proposito: iube/ & faciā. ad hāc enim vsc⁹ vite mēsturā nōs  
dum perueni. oro autem pēruenire quandoq;. Tūc ille famulus christi dixit. vide  
ergo soror: ne magnū iam aliquid esse te credas/& tanq; cūctis hominibus sanctio  
rem/& te mortuā rebus secularibus gloriēris. didicisti enim quod viuīs: & adhuc  
hominibus places. Nā longe plus te mortuus ego sum. qui per memet ipsum om-  
nibus opere monstro/verum esse quod dico: faciens hoc quod ipsa non potes fa-  
cere. Nec pati me aliquid: nec in aliquo deformari puto. tunc igit̄ eā talibus ver-  
bis in studio humilitatis edoc̄tam/& de quadam superbie vel tumoris arce deposi-  
tam: reliquit abscedens. Multa preterea sunt magna/admirandaq; que fecit: ex q;  
bus non sentire se quod in mundo esset probauit. Sexagesimo autem anno finiuit  
hanc vitam/& in desertis ipsis sepultus est locis.

## ¶ De Euagrio. Cap. XXV

**E**uagrio diacono qui vbiq; memoratur viro/qui apostolorum mo-  
ribus vixit: non est iustum tacere. sed oportet nos ipsius facta monu-  
mentis tradere litterarum/sine dubio legentibus cunctis/& gloriā bo-  
nitatis saluatoris nostri agnoscētibus/prostutura. dignū igit̄ existimo: vt a prin-  
cipio vite eius incipiam/diligenter exponens quemadmodum ad propositum tan-  
te peruerterit/q; congruo stupende ac predicabilis vite fine defecerit in ipsis solitu-  
dīi

EVAGRI  
VS

dinis constitutus/quinquagesimū etatis & quartum annum agens. de quo scri  
 ptura sancta: quod dixit probauit in parno tempore multos impleuit annos, ve  
 re enim placita erat domino anima eius. hic ergo genere ponticus fuit: ex oppido  
 quod hiberorum nominatur / filius presbyteri/ multarum ecclesiarum curantie  
 rentis/quos periodeutas vocant. Primū factus est lector a sancto Basilio/ ecclesie  
 cesariensis episcopo/circa fines montis argei. Post mortem autem sancti Basiliū: vi  
 dens eum specialibus aptissimū rebus/benedictus atq; venerandus Gregorius na  
 zanzenē episcopus ciuitatis/ille qui insignis prouidētia/doctrinaq; preclarus nul  
 la se humani generis passione Iesum probauit: diaconum/ supradictum Euagriū  
 fecit. Vnde cum sanctus Gregorius ad maximum conuentum episcoporum vo  
 catus constantinopolim vsc; venisset: sancto eum nectario episcopo tradidit/ac  
 reliquit/grandi scripturarum peritia hereticorum omniū neniae destruētem. Cum  
 igitur vehementer impugnans peruersarum vanitatem/erroremq; sectarum/in vr  
 be memorata floreret/ac maximo omniū honore frueretur: prior quidem vt ipse  
 referebat nobis. postremū laqueis desiderii mulieris implicitus/ex his tamen pse  
 continuo liberatus: amari ab eadem muliere quam amauerat cepit. Quequidem  
 cuiusdam illustris & vnius de magnatibus viris coniunx erat. Euagrius igitur deū  
 ante omnia metuens/tum autem & conscientiam erubescens suam/atq; ante oculos  
 dedecoris execrandi magnitudinem ponens/& omniū hereticorum ex alienis  
 malis gaudītū atq; letitiam: intentissime deprecabatur deum/ut conatus tantos  
 ipse qui solus poterat/impediret. Cūq; predicta ei mulier insisteret/neq; posset il  
 le prior a voluptate rabiei ipsius separari/ eo quod multis irretitus iam esset ac va  
 riis eius officiis/ipsaq; insidente paratum esset periculum: post paululum tempus  
 suscepta a deo oratione quam fecerat/anteq; eius quo flagrare ceperat/ mali expē  
 riretur incendium/visio quedam ei ostēditur angelorum/habenitū militum spe  
 ciem que ad prefecture officium pertineret. a quibus ad exitium suum missis: te  
 neri se subito videbat/ferroq; per totum corpus ligatum in carcerem tradi. nec ab  
 aliquo tamen causam ob quam talibus penis succumberet: audiebat. Ipse autem  
 conscientiam cogitans suam/cum intelligeret ac videret quod propter illa que no  
 rat/ista patetur/ putaretq; quod ad prefectum omnia maritus mulieris detulisi  
 ser/dumq; sub tali metu ante fores iudicis intremiscit/ qui quasi aliam in manibus  
 habens causam/& de simili criminē occupatos variis quosdam tormentis confi  
 cere videbatur: dum ergo fortiter timet/atq; ultra modum anhelare se sentit/su  
 bito angelus ille qui tali eum visione tremefecerat/ in cuiusdam amici ipsius con  
 uertitur formam/ a sic eum quem cum quadraginta reis aliis videbat/alloquitur.  
 quid inquieris domine diacone sic teneris? ille respondit. Quantum ad rem qui  
 dem veram spectat/ignoro: suspicor tamen quod quidam ex prefecture officio  
 me incusauerit/matrimonio me suo credēs insidiari. & vereor ne forte corruptus  
 pecunias ipsius/iudex: supplicio me mortis addicat. Tūc ille si cōsiliū inquit amici  
 tui accipis: nō expedit tibi diutius in hac ciuitate versari. ad hec dixit Euagrius. Si  
 me deus ex his liberauerit malis/& viterius in constantinopolitana vrbe me vide  
 ris: Icas tales me modo penas merito sustinere/& maioribus his debere torqueri.  
 Tāc ille ait. Si haec vera sunt/affero tibi euāgelium/in quo si iuraueris michi quod  
 ex hac ciuitate discedas/& anime tuę de cetero curā geras: faciam te de necessitatib;

Basilius  
Gregorius  
nazanzen?

Nectarius.

LIBRARY  
25

huius periculo liberari. Exhibito itaq; euangelio / atq; in eodē sacramento ipsi dato / quod preter vnam diem quo reculas suas deferret ad nauem / non esset cōstantinopolī moraturus: cepit videre quod iuslurandum quod eidem prebuerat profūsset / & quod quasi a questione illa iudiciorū / quod in presenti nocte metuerat fuisse penitus absolutus. Consurgens ergo de somno / secum cogitabat hoc dices. Quāuis in somnis iurauerim: tamen iurasse me memini. Mox igitur ingressus cum reculis suis nauim: hierosolymam nauigauit. Quo cū esset adiectus / atq; illic a sancta Melania romana illa femina / fuisse except: iterū cor ipsius ut Pharaonis alia quādo/demon obdurat. Et quāuis adhuc in ipsis dolorib⁹ iuuenilis cui erat: quedam rursus & illic alia tentatio sensus inuasit. nulliq; quicq; tale significans: cepit illic iterum vestes sibi sepe mutare / & differendo cum multis/glorie vane illicitamente factari. sed ille qui semper perditiones nostras impedit deus: memoratum gravissimo febrium igne corripuit. Ex quo eum longa egritudine domuit: & per sex mensū spacia corpus eius attriuit/carnesq; consumpliit/vnde habere proprii malifomenta consueuerat. Cum igitur plurimorum ars exquisita medicorum/omnia quidem facere tentaret/ neq; vllum tamen curationis genus quod ad salutē ei proficeret inueniret: hec sancta Melania ad ipsum locuta est. multum inquit michi displiceret/huius tue egritudinis lōgitudo: dic ergo michi que sunt tui cordis arcana. Infirmitas enim ista sine voluntate/ac iudicio dei non est. Tunc ille omnem feminē sancte confessus est causam. Cui hoc illa respondit. promitte inquit michi ante conspectum dei / quod ad propositum monachorum habitantium solitudinem revertaris: & ego quāuis ipsa peccatis videar inuoluta/tamen precabor dominū / vt tibi viuendi tribuat commeatum. Cumq; hoc se facturum fuisse pollicitus: intra paucos dies recepit sanitatem. Et de lectulo surgens: mox cepit de profectione quam spoponderat cogitare. Tunc benedictē ipsius Melanie studio: veste mutata inde descendit/ & ad egyptiacum nytrie proficisciunt montem. In quo degens cum biennii tempus impletet: tertio anno ad interiores solitudines pergit. vbi quattuordecim annos in iis locis / quas cellas nominat vixit: vnam quotidie panis libram edens/ vnumq; sextarium assumens olei in mensibus tribus/ ille qui inter copias magnas/ atq; delittas cum maxima semper voluptate viuebat. faciebat autem quotidie centum orationes: hoc tantum per singulos annos scribens/ quod ex mercede opis sui/ posset ei ad emendationis vite alimenta sufficere. Similiter etiam illam scribebat manu/quam oxyrincham vocant greci. Intra quindecim ergo annos ad perfectum mente purgatus/ diuinam gratiam meruit: ita vt habeat & notitiam & sapientiam spiritualem/ vt & bonorum ac malorum spirituum differentias nosset. Scriptit iste libros: quos his vocabulis nominavit vnum/ peta/ alterum nonaxon/ tertium antiphylon: artesq; monstrauit quibus possent demones subiugari fortiter. huic piritus fornicationis incubuit. nam sicut nobis triplex referebat: per totam noctem hiemis tempore nudus stabat in puteo/ vt gelu quoq; carnes eius constringerentur. Aliquando iterum blasphemie species eum cepit vrgere / & ad sacrilega eundem contra deum verba compellere: ob quod quadraginta ingiter dies/ sine recto fuit vt ipse dicebat / in tantum vt per corpus ipsius totum quedam papule illi/ quas sepe in corporibus vidimus existent. huic quodam die tres simul demones astiterunt in specie clericorum /

1. Hippargi  
 2. Hipp. Hippargi  
 3. Hipp. Hippargi  
 4. Hipp. Hippargi

Publice  
 dissertatio  
 nes illicita  
 menta va  
 ne glorie:  
 non imme  
 rito igitur  
 sophiste il  
 las vel ma  
 xime que  
 runt.

folia

Scipit.

MOY252

Signauit :  
signū crū-  
cis fecit

defide cum eo tractare cupientes: ex quibus virus arrianum/alter eunomianum/ter-  
tius apollinarium se esse dicebat. Quos omnes sapienter ac breuiter differendo su-  
perauit. Idem iterum quadā dīe cum ecclesiē claves perissent: inuocato christi no-  
mine signauit illam hostii partē/vnde erat clavis/ & aperuit manu pulsans fores.  
hic ipse tam vehementer expertus est demones: atq; ab his roties verberatus elivit  
numeris esse non possit. Vni quidem discipulorum suorum omnīa que ipsi post  
decem & octo annos essent futura: singularim res ipsas prophetando predixit: di-  
cebat autem ex quo inquit ad solitudines veni: non lactuce/non silvestris oleris ci-  
bum sumpsi/non viride attigi/non vuas/non poma/non carnes/non balneas vi-  
di. Ad postremū sexto decimō talis vite sue anno/ in qua nichil quod coctūm est  
edebat/cum necesse esset corpori ei⁹ proper stomachi infirmitatem vt coctūm su-  
meret cibum: panem quidem attigit nunq; olera rātum & poscam/ & lenticulām  
per solum bienniū gustans. ita exiuit a seculo: vt tantum in ecclesia per sanctā ep̄i-  
phaniam cōmunicaret. Circa ipsum igitur vite sue finem/referre cōsueuerat: quod  
tertiū agit annū/ex quo se carnali desiderio intelligeret esse liberatum/ & hoc post  
taleti ipsius vitam/post sudores tantos/post tantos labores/post illas tam iuges  
orationes. nunciata est huic patris sui mors quōdam/ atq; hoc ei qui nunciauerat  
dixit. Quid inquit blasphemas o homo: immortalem ego patrē meū noui.

Patrē: deū  
intelligit.

¶ De Piore.

Cap. XXVI

PIOR

Ior quidam egyptius iuuenis/ cum hūc mundo renunciasset/ egressus  
e paterna domo/tanti animi circa religionem fuit: vt statueret ante cō-  
spectum dei/ne vllum iam suorum vnq; videret. Post quadraginta igi-  
tur annos/ soror ipsius senio admodum grauis/ cum fratrem suum viuere compe-  
risset: amentium modo cepit ardere/donec ad conspectum ipsius veniret. Cūq; ad  
vastissima illa non posset accedere: ab episcopo loci illius petit/ vt ad sanctos scri-  
beret patres/ qui in solitudinibus ex more degebant/ vt videndum sorori trāsmi-  
terent fratrem. Quicq; vi waxima patru m venire compulsus: cum alio quodam in-  
neris sui socio/ad sororis proprie domū venit: vbi se venisse significauit/ hoc di-  
cens: Pior inquit frater tuus venit/ & pro foribus assistit. datoq; ianue sōno/  
putans q; anus ipsa in occursum fratris exiret: clausis ad eam oculis proclamauit/  
nomine suo illam vocans/ & dicens: Ego sum Pior frater tuus/ego sum inquam/  
quantum volueris aspectu meo fruere. Cūq; illi satis fecisse propriis sensibus cre-  
didisset: profecit se in orationem/ & cum penitus/ et vt surgeret soror eius persua-  
dere non posset/benedicens gloriam dei ingressā ell ad habitaculum suū. Ille ye-  
ro oratione in līttine domus facta: ad solitudinū secreta remeauit. hoc autē ipsi⁹  
miraculum fertur. quod cum in eo vbi degebar loco fecisset sibi puteum/ & aquā  
illic amarissimam repperisset: ibidem vīc ad finem vltimū vixit/ contentus inuen-  
te amaritudinib⁹ aque/ vt patientiam cunctis proprie virtutis ostenderet. multa ta-  
men postea monachi/ post illius mortē degere in cella ipsius primaci voluprate cu-  
pientes: ne vto quidem anno illi habitare potuerunt. habet enim ipse locus: &  
timorem maximū semper/ & solarium nullum.

¶ De Moyselibico

Cap. XXVII

MOYSES

Oyses quidam de libra oriundis fuit/ vīc mansuetudinis summe/ & dile-  
ctionis immensi: q; celestis gratia egros curare promeruit. hic retulit michi

quod cum adhuc futuens in monasterio suo esset/ ac putetum maxime capacitatē effoderet/ viginti in lato habētem pedes: cum in tanto profundo nullum aqua sī gnum videret/ presertim cum iam intra ipsum nulla indicia/ in quibus esse aliquid humoris putabatur apparerent/ ducētos pene alios effodissent penes/ ac nec tūc quidem humorem aliquem inuenire potuerunt . Tristes inquit admodum facti: a tam inutili opere cogitabam⁹ abscedere . Ecce autem subito sanctus Pior de vltmis solitudinum locis: in maximo ardore estus/ hora sexta diei admodum ex pelle velatus astigit nobis / & his postremo locutus est verbis . Quid homines parue fidei angustiamini / & desperare voluistis : ab hesterne enim diei spacio usq nunc/tristitia absorbemini. descendens ergo in profundum/ per eas quas illi fecerant scalas/oratione illic cum omnibus facta: ter ferro quod in manu ceperat/ solūm putei percussit / hoc dicens . Deus sacrorum patriarcharum te inquit precamur domine ac petimus : ne sine causa impensi sint tanti fratrum labores/ sed presta ipsis usum eius/ quam desiderant aque . Continuo ebullientes de visceribus solilatices : perfuderunt precantes . Cunq rursus orasset: cepit ad propria velle remeare/ qui cum ad sumendum cibum ab illis retineretur: hoc illis locutus est . Propter quod sum inquit missus : hoc factum est. namvt cibum caperem : nemo me misit.

## ¶ De Effren diacono.

## Cap. XXVIII

EFFREN

**E**ffren diacono edissene ecclesie: multa te audisse nō dubito. dignus enim fuit: qui esset in ore sanctorum . Qui cum itavit oportebat/ iter vie spiritualis implesse/ neq; vnq a recto tramite deuiasset: meruit per gratiam dei naturalium habere notitiam rerum. cui benedictio diuina successit: atq; illa que exinde nascitur beatitudo . Semper igitur vitam quietam agens/ atq; omnes qui ad videndum eundem veniebant per annos plurimos docens: ad postremū de cella sua/ talis rei necessitate processit . cum famis admodum grauis in edissena ciuitate seuiret: miseratus ille pereunte multitudinem rusticam/ accessit ad diuites hoc eis dicens . Quare nulla vos inquit humane nature/ sic ante oculos vestros deficientis misericordia mouet: sed putrefacta intrinsecus ad condemnationem vestiarum seruatis animarum? Tunc illi non habemus inquiunt/ quibus pecuniam/ gentibus diuidendam ad comparationem ciborum/ credere debeamus . omnes enim negociari pro suis commodis volunt . At ille ista dicentibus: qualis inquit vobis videor: habebat autem magnam apud omnes homines ipse vir fama . Qui tunc ei non falsa dicentes: ista respondent . Scimus te inquiunt hominem dei esse , at ille. credite ergo michi pecunias vestras. etiam nūc propteros/ ego ordinō me ipsum suscepturus ministerium peregrinorum atq; miserorum . Accepta igitur pecunia: interclusit certis parietibus porticus ciuitatis/ & trecētos in ipsis lectulos posuit. in quibus fame pereuentes reficiebat: morientes quidem sepeliens . eos autem quibus adhuc spes aliqua vite erat: in ipsis eorum laboribus/ curās . omnib⁹ peccatis fame qui illuc vnde cūq confluxerant: cotidianū ministerium suū ad necessariam solitudinem prebens/ex iis que ad eum singuli quicq diuites deferebant . In pleto autem memorato anno/post q̄ copie frugum grandes fuerunt/singulis quibusq ad domicilia propria regressis: cum/ quibus vel circa quos ficeret non habet/confestim ad suam revertitur cellulā/in qua obiit post spaciū mensis viii.

Curans/ vi  
gilans/ in=  
tendens,

Hera.

Que expedit solues. Et ad te quidem qui prees ista sunt monita / & his similia. Ad presbyteros vero ista sunt. Ante omnia ut pudicitie sit uideres: adolescentes nuptiis iungant/quo calorē feruētis etatis/coniugii lege preueniant. sed ne in prouectio-ribus quidē curā habere huiusmodi negligant: quia in multis etiā cū senuerit cor-pus/cōcupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes/occasione accepta tāq venenū pessimū serpat in vobis: cauere & preuenire necessariū est/ne quod in vo-bis adulterii occultū caleat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gra-uus: secundū nāc in penis obtinet locū . quandoquidem primū illi habent: qui aberrant a deo/etiā si sobrie vixerint. Propter quod & vos o presbyteri ecclesiam excolite:& adornate sponsam Christi ad pudicitiam. sponsam autē dico/omnem ecclesie congregationem: que si pudica fuerit inuenta a sponso/ingentibus ab eo donis & honoribus honorabitur . & vos velut ministri sponse/ & amici sponsi: ingenti gaudio & letitia perfruemini. Si vero sponsa hec reperta fuerit cōmacula-ta peccatis: ipsa tāq indigna extrudetur a regalib⁹ thoris. vos autē penas dabitis: si forte per vestram negligentia vel desidiā irrepserit contagio seu peccati. Qua-propter igitur āte oia/sobrietatis & pudicitie solicitudinē gerite. valde enim apud deū graue crimen ducitur fornicatio: cuius species sunt quidē plures/sicut & ipse vobis Clemens diligenter exponet. Verūtamen prima species adulterii est: virum propria solūmodo vxore nō esse contentū/ & mulierē non proprio tantū serua-re se viro. Si ergo castus fuerit qs: potest & humanus & misericors fieri/per quod et ipse eternā a deo misericordiā consequatur. Sane sicut adulterii venenū/cunctis malis perniciosius est: ita & amor fraternus & caritas/tot⁹ boni fastigium tenet. Et ideo omnes/diligite fratres vestros : & cū religione ac misericordia respicite ad omnes. orphanis exhibete vos meti plos parētes . vīdūs/ virorū curā impendite: cū omni castitate que necessaria sunt prebētes . iuniores tantū vīdūas: nuptiis co-pulate. iis qui ignorāt artificia: exgrite aliquas honestas occasiones/ quibus vīdū necessariū querāt. Artificibus operā prouidete. Debilibus misericordiā facite. Scio autē omnia hec facturos vos: si caritatē pre ceteris & ante omnia/ in vestro corde defigatis. cuius caritatis suscipiēde/maximū erit fomentū: si frequēter adinuicē cō-munē cibū vestrū/mēsamq faciatis/& quantū vnusquisq valet crebrius panes ac sales suos cū suis fratribus sumat. Per hec enim precipue caritas cōparatur:& cau-sa totius boni in huiuscemodi cōmunione cōstituit. vbi autē pax & bonitas: ibi & salus. Propter quod cōmunes facite cibos vestros: cum iis qui sectū deū fratres sunt/quia ex caritatis fructibus gaudia eterna mercamini . Multo autē sollicitius: esuriētes reficite/& sitiētibus potū date/nudis vestimentū. egrotos visitate. & eos qui in carcere sunt: prout possibile est/iuuate. peregrinos satis própte: in domib⁹ vestris suscipite. Et ne omnia nūc sigillatim dicā:omne bonū ipla per se si in vobis fuerit caritas/facere vos docebit. sicut ecōtrario eos q a salute alieni sunt: oē mējū facere/ odiū docet. si qs ex fratribus negocia habēt inter se: apud cognitores seculi nō iudicētur/sed apud presbyteros ecclesie/quicquid illud est dirimiratur/& omni modo obaudiāt institutis eorū. Sup oia autē auariciā fugite: que homines occasiōne presentis lucri ab eternitatis separat bonis. pōdera/mēsuras/stateras: pro los-cis qbusq equissima custodite . deposita fideliter restituite . Que oia & liqua sunt his similia / tū demū solicite & diligēter implebitis: si futurum dei iudiciū sine int-

missione in vestro corde voluatis. quis enim peccare poterit: si semper ante oculos  
 suos dei iudicium ponat/quod in fine mundi certum est agitandum. ut tandem qui in hac vi-  
 ta bene egerint/cosequatur reposita bona: peccatores autem ut cosequatur prepa-  
 ratas penas/de quibus ita futuris dubitare omnino non possum/siquidem cum ita esse ve-  
 tura/verus nobis propheta predixerit. unde & vos qui estis veri prophete disci-  
 puli/abiciite a cordibus vestris ante omnia discordias/& animorum dissensiones: ex  
 quibus omne opus malum procedit. benignitatem & simplicitatem: tota mente seruate.  
 Quod si forte alicuius cor vel liuor/vel infidelitas/vel aliquid malum ex iis que supe-  
 rius memorauimus latenter irreplerit: non erubescat (quod anime sue curam gerit) cōfiteri  
 hec ei qui preest/ut ab ipso per verbū dei & cōsilium salubre curetur. quo possit finis  
 de integra & operibus bonis: penas eterni ignis effugere/ & ad perpetuae vite p̄mia  
 puenire. ¶ Diacones vero ecclesie tamquam oculi sunt episcopi/oberrantes/& circulustra-  
 tes cum verecudia: actus totius ecclesie pscrutantes diligenter/si quem videant vicinum fer-  
 ri precipitio & proximum esse/peccato/ut referat hec ad episcopum. ut cōmoneri ab  
 eo possit is qui in precipitiū lapsus est: ut reuocetur & non corruiat in peccatum. Ne-  
 gligenteres quosque & eos qui rarior ad audiendum verbū dei accedunt/ nec sollicitate ad  
 episcopi tractatū cōueniunt: ipsi cōmoneantur & horretur. Si enim assidui sunt ad  
 audiendum: non solum vite eterne ex salubri cōmunione capient lucra/verum & quecumque  
 ille sunt tristitia vel merores qui ex presentis vite necessitatibus & cladibus temporum  
 veniunt/quecumque malorum sermonibus in corde suo velut iacula defixa circulerunt/abu-  
 cientur omnia predicationis veritate/& vite eterne doctrina & eruditione purga-  
 ta. alioqui si multo tempore auditū subtrahant a verbo dei/ & remaneant in cultu  
 viciorū: sine dubio deum amiserunt/spinis ac sentibus occupati. & quid aliud nisi ad  
 ignem talis hec terra preparabitur? de his ergo (ut dixi) diaconibus cura sit. sed &  
 eos qui secundum carnem egrotant: sollicitate perqrant. & plebi (si forte plebs ignorat)  
 indicent de his: ut & ipsi visitent eos/& que necessaria sunt prebeat eis/cum conscientia  
 eius qui preest. quod tamē etiam si clam fecerint: non peccabunt. sed & de peregrinis  
 similiter episcopo suggerat refouēdis. & cetera his similia: que ad cultū ecclesie &  
 ad disciplinā eius pertinet diaconib⁹ cure sint. ¶ Qui catechizant hoc est quod verbo  
 instruit incipientes: primo opportet ut ipsi instruti sint. de anima enim agitur. et  
 oportet eum qui docet & instruit animas rudes: esse tales/ ut pro ingenio dissentient  
 semetipsum possit aptare/& verbi ordinem pro audiētis capacitate dirigere. debet  
 ergo ipse apprime esse eruditus & doctus/ irreprehensibilis/maturus/impavidus:  
 sicut ipsi probabit fore Clementem hunc post me. Multum est autem si ego nūc desin-  
 gulis que unusquisque habere debeat prosequar: verūtamen illud est quod prece-  
 teris ab omnibus vobis cupio in cōmune seruari nūc. cōcordiam teneatis: per quam  
 solum possitis portū getis intrare/& civitatem regis summi (que pax nominatur) ha-  
 bitare. Similis namque est omnis ecclesie status nauim magne: que per vndosum pelagus  
 diuersis e locis & regionibus viros portat/ad vnam potentis regni urbē properare  
 cupientes. sic ergo urbēs portus ipse omnipotens deus/nauis ecclesia:gubernator ve-  
 ro sit christus. Tū deinde pro reti: officium episcopus impletat/presbyteri nautarū/  
 diacones dispensatorū teneant locū. qui catechizant/nautologis cōferantur: epiba-  
 tis autem/totius fraternitatis multitudine sit similis. ipsum quoque mare:hic mūndus ha-  
 beatur. vētorū vero varietates & turbinū: aduersis tempestationibus cōferantur. perse-  
 cutiones & tempestationes ac pericula: fluctibus exequātur. terreni vero spiritus/q vel

De confessione

precepta petri pro diaconib⁹

De catechi-  
 zatibus id  
 est instrue-  
 tibus in fide  
 Que pax  
 nominatur:  
 hec est que  
 in eloquii  
 celestis hic  
 rusalem  
 pacis & pa-  
 radys ap-  
 pellatur  
 Nautolo-  
 gi: q nauis  
 gatois rati-  
 onē ponunt  
 Epibate: q  
 nauē con-  
 scandunt

de torréibus/vel de cōuallibus spirant: pseudo prophetarū & seductorū improba doctrinē verba ducātur. Promontoria vero & loca cōfragosa: ii q̄ in poteſtatis bus ſeculi ſunt iudicēs/ & pīcula minātur & mortes. bimaria vero loca que dupl̄cibus vnde fallacis eſtib⁹ verberātur: dubiis mēte & de promiſſionis veritate nūtantibus conferantur / atq; ii q̄ irrationabiles fidē noſtrā ratione diſcutiunt/ hipoſtrite autē & dolosi: pyrat⁹ ſimiles habeantur. iam vero rapidus vortex & tartarea charybdis ſaxis illaſa/ naufragia/ ac mortifere ſubmersioēs: qd aliud exiſtimēda ſunt q̄ peccata : reſtat igitur/ vt hec curſu proſpero tuta poſſit portum deſiderate vrbis intrare/ ita deo poſſint prece fundere nauigātes: vt mereātur audiri. Audiri autē a deo ita demū merebitur q̄s: ſi orationes ipie bonis moribus/ & bonis operib⁹ adiuuētur. ſed ante hec/ cū q̄ete & ſilētio epibate/ id eſt laici in ſuis vnuſq; rēſidēat locis: ne forte dū per inqetudinē & iōditoſ/ inutileſq; decuſſuſ/ ſi paſſim vagari ceperit : vel ab offiſio ſuo nautas impediāt/ vel in alteū latus p̄ inqetudinē eouū/ nauis pīſſa depereat. nautologi autē de mercedib⁹ cōmoneāt. & nichil oīno quod ad diligētiā vel ad diſciplinā p̄tinet: diaconi negligāt. preſbyteri velut naute: ap̄tē ſingula ad inſtructionē nauis/ diligēterq; iſtruāt que in ſuo tēpore gerēda ſunt. Et ep̄iſcopus tāq; per retia vigilāter & ſolicite gubernatos verbo: cuſtodiāt. Christus ſaluator dominus/ gubernator ecclēſie: diligatur ab omnibus/ & iſp̄ius ſoliſ ſp̄ce p̄tis ac iuſſis credat & obaudiat omnis ecclēſia. deo quoq; in deſinēter ſuppliciū a cūctiſ pro proſperitatē ventorū: vt nauigātes omniē tribulationē/ & omne pīculū ſuperent / tāq; immane profundum iſtius vīte humāne pelago nauigātes/ in quo eſuriendū ſit & ſitiendū/ nuditatē quoq; ferendū/ moib⁹ etiā corporis & egritudiñ tolerandū/ in ſuper hominū iſidiās ac dolos/ ſepe laborandū. nāq; & diſp̄gendoſ ſe nonnūq; nouerint: ſed aliquando etiam congregādoſ. voiniuſ quoq; et ſuggillationes ferendaſ: cum ex cōfessione peccatorū/ & refectione criminū veſlut male cōgregati in viſceribus fellis/ eſt etiō facienda eſt / & abiicienda p̄roſuſa corde in trinsecus latē amaritudo peccati/ ſi qua forte ex deſideriis iniquis velut ex ciſib⁹ noxiis cōgregata eſt. quam utiq; cū euomuerit quis/ & abiecerit: inqetudinis liberabitur morbo/ ſi tamen poſt vomitū/ que ad ſanitatē pertinēt ſumat. Verūtamen ſcītote cūcti/ quod ſupra omnes vos/ laboret ep̄iſcopus: q̄a vnuſq; veſtrū/ ſuū propriū feret labore/ ille vero & ſuū & ſingulorū. propter quod Clemens tāq; qui omnibus preſſe te noueris: ſingulos prout potueris/ iuua/ & ſingulos releua. qui & ſingulorū onus & ſollicitudines portas. vnde & ego nūc tibi in ſūgens diſpenſationē: ſcīo quia accipio gratiā magis q̄ preſto. ſed etiō confidens/ et fortiter ferens: certus quia laboris tui meritum recipies/ cū ad portū quietis inco luſen hanc perduixeris nauē. Ibi meredes & premia pro omniū ſalute uſcipies: ſi hic pro omniū in columitate vigilaueris. Itaq; ſi te multi ex fratrib⁹/ propter rigorem iuſticie odio habuerint: ex hoc quidē non lederis/ ſed ex huiuscemodi odiis/ amor tibi cōciliabitur dei. Et iōdo ſatage magis/ & refuge ne lauderis ab iniquis: & ne paſſim a male agētib⁹ diligaris. ſed potius tu propter iuſtam diſpenſationē/ & equiſſimā regulā diſcipline: a Chriſto collaudari merearis. Hec cum dixiſſet & hiſ ſimilia complura: rurſum respiciens ad populum dixit. Sed & vos cariſſimi fraſtres & conſerui mei/ huic qui preſideſt vobis ad veritatē docendam: in omnibus obedite/ ſcientes quod ſi quis hūc contriſtauerit/ Chriſtum qui ei docendi creditit/ caſhēram non recipit/ & tāq; qui Chriſtum non ſuſcepereſt: nec deū patrē ſuſcep-

De confeſſione.

Suggillatiōnes: con-  
cuffiones / agitatōe-  
q; & excita-  
tiōes advo-  
mitus eie-  
tionem.

Verba pe-  
tri ad Cle-  
mentem

Verba pe-  
tri ad po-  
pulum

pisse iudicabitur / & ideo nec ipse suscipietur in regno celorum . Propter quod ope-  
 rá date ad omnem collectam semper cōuenire : vt nō velut negligentes & desides  
 a Christo iudice condemnemini . Conuenientes vero semper ad Clementē: omnes  
 date operam pro ipso sentire / & summo studio fauore vestrū erga eū dependere .  
 Scientes quia propter singulos vestrum / ipsi magis soli infestus est inimicus : & in  
 ipsum maiora suscitat bella . Oportet ergo vos summo studio nitī : vt omni erga  
 illū vinculo amoris innexi / plenissimo erga eū inhereatis affectū . sed & vos quoq;  
 ipsi vnanimes in omni cōcordia perdurate : quo facilius etiā illi obedire omnes pa-  
 riter in consensu & vnanimitate possitis . propter quod & vos salutē consequi : &  
 ille possit obtēperantibus sibi vobis / promptius impositi oneris pondus vehere .  
 quedā autem ex vobisip̄s intelligere debetis : si qua sunt que ipse propter insidias  
 hominū malorū nō potest euidentius & manifestius proloqui . verbigratia . si ini-  
 micus est alicui pro malis actibus eius : vos nolite expectare / vt ipse vobis dicat / cū  
 illo nolite amici esse . sed prudēter obseruare debetis : & voluntari eius absq; cōmo-  
 nitione obedire / & auertere vos ab eo cui ipsum sentitis auersum . sed nec loqui iis  
 quibus ipse nō loquitur : vt vnuſquisq; qui in culpa est / dū cupit omniū vestrum  
 amicitia recipere / festinet cōciliari ei qui omnibus preest . & per hoc redeat ad salu-  
 tem : cū obedire ceperit monitis eius qui preest . Si quis vero amicus fuerit iis quib;  
 ipse amicus nō est / & locutus fuerit cū iis quibus ipse nō loquitur : vnuſ est & ipse  
 ex illis qui exterminare dei ecclesiā volunt . & cū corpore vobiscum esse videatur:  
 mente & animo cōtra vos est . & est multo nequior hostis : q; illi qui foris sunt / &  
 euidenter inimici sunt . hic enim per amicitie specie: que inimici sunt gerit / & eccle-  
 siam dispergit / ac vastat . & cū hec dixisset in medio corā omnibus manū michi im-  
 posuit : & in cathedra sua ingenti verecūdia fractū / sedere me compulit . cūq; sedis-  
 sem : hec ad me rursus locutus est . ¶ Precor te o Clemens corā omnibus qui pres-  
 entes sunt : vt posteaq; sicut nature debitū est / vite presentis finem fecero / Iacobo  
 fratri domini descripta breuiter / vel que ad initium fidei tue sperant / vel etiam quos  
 ante fidē annos gessieris / sed & qualiter michi ab initio vlcq; ad finē comes itineris  
 et actuū fneris / queq; per singulas ciuitates mie disputante solicitus auditor excepe-  
 ris / quodq; in predicationibus meis vel verborū fuerit officiū vel actus / sed & si q;  
 me finis in hac vrbe reppererit / omnia q; potes breuissime cōprehensa / ad ipsum te  
 destinare non pīgeat . nec verearīs ne forte multum de meo exitu cōtristandus sit:  
 cū me pro pītate sublinere nō ambīgat . Erit autem ei grande sc̄ latiū : si dīdicēt  
 q; post me non imperitus aliquis / aut indoctus atq; ignorans diuini verbi / myste-  
 riū & ecclesiastici ordinis disciplinam vel doctrinalem regulam nesciens : suscep-  
 tit cathedram meam . scit enim quia si indoctus & nescius / doctoris officiū accipiat:  
 sine dubio discipuli & auditores / ignorantie tenebris obvoluti / in interitū demer-  
 gentur . vnde & ego domine mi / cum hec ab eo precepta suscep̄erim : necesse ha-  
 bui implere quod iuss̄erat . Indicans tibi & de his ipsis simul / & de illis breuiter cō-  
 prehendens que per singulas quasq; vrbes ingrediens / aut in predicatione sermo  
 neue protulerit / aut in gestorum virtute perficerit . quāuis tibi de his plura iā ple-  
 nius ante descripta (ipso iubēte) trāsmiserim : & sub eo titulo quē ipse precep̄it affi-  
 gi / id est Clementis itinerary in predicatione Perri . sed & nunc exponere iam que  
 precep̄it . Incipiam .

PETRVS  
ad Clemē-  
tem

¶ hic li-  
ber itinera-  
riū etiā Cle-  
mentis ap-  
pelletur

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI QVE ET ITINERA-  
RIVM CLEMENTIS LIBER PRIMVS.

Cap.I.

Go Clemēs in vrbe rhoma nat⁹: ex prima etate pudicitie studiū gesi⁹/dū  
e me animi intētio velut qbusdā vinculis solitudinis & meroris/ a puero  
innexū teneret. inerat enī michi cogitatio (incertū sane vnde initiu⁹ sum  
pserit) crebro ad memoriam meā cōditionē mortalitatis adducēs/ simulq; discuties  
vtrū ne sit michi aliqua vita post mortē/ an nichil oīno postea futurus sim. si non  
fuerim ātea q̄ nascerer: vel si nulla proſus vite hui⁹ erit post obitū recordatio/ &  
ita imēlitas tēporis cūcta obliuionī ac silentio dabīt/ vt nō solū nō simus/ sed neq;  
quod fuerim⁹ habeatur in memoria. Sed & illud versabāt in pectore. quādo fac⁹  
effet mūndus: aut si oīno fac⁹ sit. vel anteq; fieret/ qd erat: an vero semp fuerit. Nā  
certū videbat/ quod si effet fac⁹: effet profecto soluēdus. Et si soluat: qd iterū erit/  
nisi forte obliuio cūcta & silentium teget. aut forte aliquid erit: quod nūc sentire  
mortalū non potest mens. Hec et his similia nescio vnde inde in ēter animo re-  
uoluens: nimietate meroris incredibiliter tabescēbam. et quod est graui⁹: si quan-  
do respuere a me huiuscemodi curas velut minus utiles cogitabā/ validiores in me  
fluctus solitudinū cōsurgebant. inerat enī michi comes optima: que me qescre  
nō sineret/ immortalitatis cupido. Vt enī post rerū exitus docuit/ & gratia oīpotē-  
tis dei ostēdit: hec me animi intētio ad inq̄litionē veritatis/ & agnitionē vere lucis  
adduxit. Ex quo factū est: vt lugrē post modum eos/ quos prius ignorās/ beatos  
credebam. Igitur cū a prima etate in huiuscemodi animorū intētione versarer: cu-  
piēs aliqd discere/ philosophorū frequētabā scholas. vbi nichil aliud q̄ dogmatū  
assertiones & ipugnationes videbā agi: sine fine certamina/ arte sillogismorū con-  
clusionūq; agitari versutias. & si aliquādo qdē optinebat hic sermo/ quod imor-  
talis effet anima: gratulabā. si quādo vero arguebat quasi mortalis: cū tristitia di-  
scedebā. Neutrū tamē in corde meo firmitudinē veritatis tenebat: sed hoc rātū itel-  
ligebā quod sentētie ac diffinitiōes rerū/nō pro natura sui ac veritate causarū: sed  
pro ingeniis defendētiū false imaginaretur aut vere. eoq; magis in profundo pecto-  
ris cruciabar: q̄ neq; aliqd ex iis q̄ dicebātur tāq̄ firmū tenere poterā/ neq; abiicere  
desideriū req̄redi: sed quāto magis negligere conabar/ ac spnere/ tāto ardēti⁹ (vt lu-  
pra dixi) velut cū quadā mole/ latēter se ierēs huiuscemodi cogitatio/ mētē atq; a-  
nimū possidebat. Coangustar⁹ igit̄ inuētiōe rerū: aiebā apud memet ipsum. qd in-  
aniter laboramus: cū manifestus sit terminus rerū: si enī post moriē nō ero: nunc  
sup̄flio crucior. si vero michi erit vita post obitū: seruem⁹ illi vite sui tēporis mo-  
tus/ ne forte iis q̄ nūc patior / aliqua me ibi tristiora suscipiat/ nisi pie ac sobrie vi-  
xero. & secūdū nōnullorū sentētias philosophorū: ne Pyriphlegetonti fluiō/ vel  
tartaro (vt sisyphus & tityus/ sed & vt ision ac tātalib⁹) eternis in iferno suppliciis  
tradar. & rursus michi metipsi respōdebā: sed her/ fabule sunt. aut si ita est: in reb⁹  
dubitis prestat pie viuere. Sed iterū reputabā meū/ quomodo possim sub incerto  
iusticie premio: a peccati me libidine continere: maxime cū etiā que sit ipsa iusticia  
que deo placeat/ apud me habetur incertū. & neq; si immortalis est anima: an sit  
aliquid que sperare possit agnoscam/ nec quid certi sit futurū nouerim. nec tamen  
quiescere ab huiuscmodi cogitationibus possum. quid igit̄ agam. hoc faciā. Egy-  
ptum petam: atq; ibi hierophantis vel prophetis qui adytis presunt amicus effi-  
ciar/ & pecunia ab eis inuitatū magū precabor. vt educat michi animā de infernis

pyriphle-  
geton  
Tartarus  
Sisyphus  
Tityus  
Ision  
Tantalus  
  
Hierophā-  
te: sunt sa-  
cerdotes

41

per eam quam necromantiā vocant: tanq; de aliquo negocio consulere cupiēti.  
Mīchī vero hec erit cōsolatio: si imortalis est anima. probatio autē anime quod  
imortalis sit: nō ex eo quod loquitur erit mīchī certa/vel ex eo quod audio/sed  
ex eo quod video. vt oculis meis cernens eā: certissimā de reliquo immortalitatis  
eius sententiā teneā. nec enīm vltra poterit veritatē visus: verbōrū fallacia/&  
auditio incerta turbare. Verūtamē hāc ipsam deliberationē meā retulī ad quendā fa-  
miliarē mēū philosophū: qui mīchī cōsiliū dedit/ne hoc facere auderē. si enī inqt  
euocāti mago non obediat anima: tu post hec tanq; nichil esse putās post mortē/  
desperabilis viues/quippe qui & illīcita tentaueris. si vero & aliqd ibi videre tibi  
visus fueris: que tibi religiō/aut que pietas/ ex illīcitis tradetur & impīis: exosum  
nāq; diuinitati huiuscemodi negotiū ferunt: & aduersari deū iis qui animas post  
absolutionē corporū/vexāt. Ego vero his auditis/ pīgrior quidem sum redditus  
ad hoc quod parabam/nec tamen vsquequaq; aut desiderium ponere poteram/  
aut molestiam cogitationis abiicere.

Cap. II.

e T ne lōga vtar narratione. Cū his ergo cogitationis mee estibus agitarer:  
fama quedā sensim in imperio Tiberii cesaris (initio ex oriētis regionibus  
sumpto) peruenit ad nos: & per singula cōualescēs velut a deo quidā bonus nū  
cius missus/vnuersum orbē replebat/nec patiebatur diuinā maiestatē silētio tegi.  
Diffundebatur ergo fama per singula loca annūciās quod esset quidā in iudea: q  
sumpto a tēpore veris exordio/regnū dei euāgelizaret iudeis/ idq; percepturos di  
ceret eos/ qui mandatorū suorū & doctrīne instituta seruassent. vt autē sermo ei⁹  
fide dignus ac diuinitatis plenus esse crederetur: virtutes multas & signa & prodī  
gia mira efficere iussione sola dicebatur/ ita vt tanq; a deo potestate habēs surdos  
faceret audire/cecos videre. debiles & claudos erigeret: atq; omnē infirmitatē/cū  
etosq; demones effugaret/ sed & oblatos sibi mortuos suscitaret. leprosos quoq;  
eminis vidēs curaret: & nichil omnino esset/quod ei impossibile videretur. Hec  
et horū similia/processu tēporis crebris iā nō rumoribus: sed manifestis quodam  
modo aduētantū ex illis regionibus nūciis/firmabātur/& ipsa iam per dies singu  
los rei veritas patescebat. Deniq; in vrbe per loca conuētus fieri/& de hoc sermo  
ne tractari solebat: atq; in admirationē res haberī cepit/ quisnā hic esset qui appa  
ruit/ vel quid nūciā a deo hominib; detulisset. donec sub eodē annovir quidam  
astans in vrbis loco celeberrimo: clamaret ad populū dicēs. Audite me o ciues ro  
mani: Filius dei in partibus adeſt iudee: promittēs oibus volētibus se audire vitā  
eternā. si qui tamē secundū voluntatē eius (a quo missus est) dei patris: actus suos  
dixerit. Propter quod cōuertimini a malis ad bona/a tēporalibus ad eterna: &  
agnoscite vnū deū celi terrecq; rectore/in cuius iustis cōspectibus/vos iniuste mū  
dū eius habitatis. sed si cōuertamini & secundū voluntatē eius agatis: ad futurū ei⁹  
seculū veniētes/& eterni effecti/ineffabilib⁹ eius bonis ac premiis p̄fremēti. Erat  
autē vir iste qui hec loquebatur ad populū/ex oriētalibus locis/natione hebreus/  
noīe Barnabas: q; se etiā vnū diceret ex eius esse discipulis/mis̄sūq; ob hoc/ vt hec  
volētibus indicaret. Quib⁹ ego auditis: cū reliqua multitudine seq; eū cepi & audi  
re quid diceret. intelligebam sane quod nichil dialectice artis esset in homine: sed  
simpliciter & absq; vlo dicendi fūco que audisset a filio dei/ vel vidisset expone  
ret, assertiones enim suas non argumentorum virtute muniebat: sed verborum

Tyberius

Hec fama  
de domi  
no salua  
tore no  
stro agita  
batur rho  
me: qui na  
tus sub Au  
gusto/mira  
cula diuini  
tatis sue pa  
tefecit sub  
Tiberio

Barnabe  
verba ad  
romanū  
populū,

Barnabas.

## Liber

et mirabilium que annunciat / testes multos ex ipso etiam circstante populo producebant. Verum quoniam ad ea que sincere dicebatur: libenter annuere populus & amplecti sermonem simplicem cepit: si qui sibi eruditus videbatur & philosophi/dere hominem ac spernere ceperat / & syllogismorum in eum tendiculas velut validissima arma proferre. At ille interitus / & velut deliramentum argutias eorum ducet: nec responsione quidem dignos eos iudicabat / sed ea que proposuerat exsequebatur intrepidus. Denique cum loquenti ei quidam proposuerat: cur ita factus esset culex / ut cum sit animal exiguum / & sex habeat pedes / insuper ei addite sint & ali. elephas vero cum sit immane animal / neque alas habeat: quatuor tantummodo pedes habet / ad hec ille nec respiciens quidem: sermonem suum quem importuna propositione interruperat / continuata intentione peragebat . ac sola amonitione per singulas quaque interputationes addita: nos eius qui misit nos / verba factaque mirabilia annunciare vobis in mandatis habemus: fidemque eorum que dicimus non ex argumentis arte quesitis / sed e vobis ipsis / productis testibus / confirmare. Agnosco enim plurimos astare in medio vestrum / ex iis: quos una nobiscum memini audisse que audiuimus / & vidisse que vidimus. sit autem in vestra potestate: vel recipere que annunciamus / vel spernere. nos enim quod vobis expedire nouimus: tacere non possumus. quia nobis si taceamus damnum: vobis vero que dicimus si non recipiatis / pernicies. Sed & ipsis propositionibus vestris respondere perfacile possem: si veritatis discende quereretis causa. de culicis dico atque elefantis differentia . sed nunc de creaturis dicere vobis aliquid absurdum est: cum a vobis ipse omnium creator & conditor / ignoretur. Hec autem cum dixisset: velut ex uno consensu / indisciplinato ore omnes risum dederunt / incutere ei verecundiam / & silentium imponere cupientes / barbarumque ac minus sane mentis eum acclamantes. Ego vero cum hec ita fieri cernerem / zelo quodam nefario unde repletus ac religioso furore succensus: silere non potui. sed cum omni libertate proclamans: rectissime (inquit) deus omnipotens abscondit a vobis voluntatem suam / quos agnitione sui preuidit indignos. sicut ex iis que nunc agitis: sane sapientibus palam est. nam cum videatis predicatorum volitatem dei aduenisse (quia nullam sermo eius grammaticae artis scientiam profitetur: sed simplicibus & impolitis sermonibus profert aduersitatem / ita ut oes qui audiunt / sequi possint / & intelligere que dicuntur) rideatis salutis vestre ministros & nuncios / ignorantes quia vestra (qui vobis periti & eloquentes videmini) condonatione est / quod apud agrestes & barbaros habeatur veritatis agnitus. que cum ad vos venerit: nec quasi hospita suscipitur. que (nisi interpretantia vestra & libido obliteret) citius esse & vernacula debuisset. ut ex his arguamini: quod non veritatis amici & philosophi / sed factantie sectatores & vaniloqui estis. qui veritate non in simplicibus verbis: sed in versutis & callidis creditis habere. & innumerabilia verborum profertis: vniuersi verbis nequamque precio pensitanda. Quid ergo de vobis futurum putatis vos / o omnis turba grecorum: si erit iudicium dei sicut iste dicit: sed nunc omitentes ridere in perniciem vestri virum hunc: respondeat mihi qui vult ex vobis. quoniadem solo latratu vestro obturbatis etiam aures eorum: qui salvi esse volunt. & mentes que ad fidem parate sunt: ad infidelitatis lapsum / vestris obturbationibus declinatis. Que vobis erit unquam venia: qui veritatis nuncium / promittentem vobis agnitionem dei ridetis / & iniurias afficeris. Que utique etiam si nichil veritatis afferret: per ipso tam benignitatis erga vos propo-

Barnabas/  
generose  
argutas fo  
phistarum  
cōtemnit  
Questio  
stulta ppo  
sita Barna  
be de culi  
ce & ele  
phante.

Clemens

sito/gratum acceptumq; habere deberetis . Hec & his similia cum prosequeret: plurimus astatis populi fremitus concitabatur . dum alii velut erga hospitem miseratione mouerentur/meumq; sermonem/consequenter habitum probaret: alii petulantes & stolidi in me quoq; pariter vt in Barnabam effrenati/animi fracula diam concitarent. Sed cum ad vesperam iam declinaret dies:apprehensa Barnabe dextera/obluctantem licet/eum ad meam tamen adduxi domum/ atq; inibi manere feci/ne quis forte ex indocili vulgo inticeret ei manus.

Cap.III.

a Liquantis igitur diebus vna positi: differente eo paucis sermonem veritatis/libenter audiebam. Vrgebat tamen profectionem : dicens se diem festum religionis sue qui imminaret/omnimodis apud iudeam celebraturum/ ibiq; de reliquo cum suis ciuiis ac fratribus permansurum/euidenter indicans iniurie se horrore perculsum. Deniq; cum ego dicerem : tu michi tantum eius viri quem apparuisse dicas expone doctrinam/ & ego meis sermonibus tua dicta cōponēs/ omnipotentis dei regnum iustitiamq; predicabo . & post hec si volueris: etiā nauigabo tecum. valde enim cupio videre iudeam : vobis cum fortassis perpetuo permanens. Ad hec ille . Tu inquit si quidem videre vis patriam nostram/& discessre que desideras: iam nunc mecum pariter nativa. si vero aliquid te tenet: signa tibi habitationis nostre derelinquā/vt cum venire volueris/ inuenire nos facile possis. ego enim crastino aggrediar iter. Quem vbi immobilem vidi: descendit cū ipso usq; ad portum/ ac diligenter ab eo signa que dixerat habitationis accepi / dicens ei. quia nisi aliquantulum pecunie/ necessario michi esset a debitoribus reposendum: nichil omnino differrem/ velociter tamen insequar iter tuum . Cum hec discesssem/commendato eo attentius iis qui nauī preerant: regressus sum tristis. Habebat enim me recordatio consuetudinis boni hospitis/ & optimi amici . diebus autem paucis remoratus & iis que debebantur ex parte aliqua profligatis (plurima enim festinādī studio / neglexi: ne a proposito impedirer) enauigauī cōtinuo in iudeam . & post dies quindecim : cesaream stratonis que est palestine vrbs maxima/appulsus sum . cumq; nauī egressus/ hospitium quererem : rumore populū comperi/quod Petrus quidam illius qui in iudea apparuit/signa multa ac prodigia diuinitus gesta inter homines ostēdit discipulus probatissimus/ crastino cum Simone quodam samaritano/ex castello cetonū habiturus esset verborum questionumq; certamen . Quibus ego auditis: rogabam demonstrari michi eius hospitium . quod cum comperissest/ atq; ante fores constitissest : ingerebam me ianitori quānam essem/atq; vnde aduentarem . & ecce Barnabas procedens statim vt me vidit in complexus meos cucurrit/gaudio illachrimans:atq; apprehensum me manu introducebat ad Petrum . Quem cum michi eminus ostendisset. Hic inquit Petrus/ quem tibi maximum in dei sapientia dicebam / cuiq; de te rursus sine cessatione locutus sum . Ingredere igitur tanquam ei bene cognitus: omnia enim que in te sunt bona / verissime comperit : & religiosum propositum tuum diligenter agnouit / ex quo & summo desiderio agitur videndi te . vnde magnum ei hodie munus: meis te manibus offero . Simulq; oblatō me : ait . hic est Clemens Petre . At benignissimus Petrus auditō nomine : accurrens protinus inhesit osculis meis . & post hec cum sedere me fecisset : ait . Beneficiisti / predicatorem veritatis hospicio recipere Barnabam / nichil veritus populi

Barnabas  
repetit ex  
vrbe iudeā

BARNABAS

Clemens na  
uigt in iu  
deam

Simon ma  
gus.

Barnabas,

PETRVS  
Clemētem  
suscipit,

## Liber

insanientis furorē. beat⁹ eris. sicut enim tu legatū veritatis / omni honore dignū duxisti: ita te quoq; peregrinantem & hospitantem veritas ipsa suscipiet, / & ciue proprie virbis ascribet. & tūc tibi erit gaudiū magnū: quod exiguam nūc impariens gratiā/eternorum honorū heres ascriberis. Nūc ergo ne labores michi expōnere animū tuū, cuncta enim de te ac de morib⁹ tuis: Barnabas fidelis sermone perdocuit/quotidie pene & indesinenter/bonorū tuorū memorīa repetens. & vt tibi breuiter tanq; vnanimī iam amico/quod in re est diffiniā: si nichil est quod te impedit/iter age nobiscum / & audi sermonē veritatis quem habituri sumus p loca singula/vsquequo ad ipsam nobis perueniendū sit vrbem romā. Nunc & tu si quid desideras: dicio. Cūq; ei exposuissē quid in initio propositi gesserim / & quomodo p inanes effusus sum questio[n]es / & illa omnia que tibi deo dilecte laco be in principiis indicaui (vt ne eadē repetā) libenter promisi cū ipso me iter actūrū. hoc est enim aio:quod cupidissime expetebam. Verūtamen prius michi cupiorationē veritatis exponi: & vt sciam si mortalis an immortalis est anima . & si immortalis: vtrū pro iis que hīc agit ducatur ad iudicium . sed & que sit iusticia que deo placeat: scire desidero. Tum preterea si factus est mūdus: vel quare factus est: aut si soluendus est: an in melius renouandus/aut si omnino post hec nō erit mūdus. Et ne per singula progrediar: hec atq; horum similia vt se habeāt/discere me velle respondi.

### ¶ Collocutio Petri & Clementis.

Cap.III.

PETRVS

Institutio  
mala  
Sodalitie  
male  
Affuetudo  
mala  
Colloquia  
praua  
Presūptio[n]es non re  
ste

D hec Petrus. Breuiter (ingt) tibi o Clemens rerū scientiam tradam: & ausculta iam nūc. Volūtas & consiliū dei latuit homines: multis ex causis. Primo quidē pro institutione mala/pro sodalitatibus pessimis/pro consuetudine nequā/pro colloquiis non bonis/pro presumptionibus min⁹ rectis. Pro his inquā omnibus: primo error/deinde contemptus/tum infidelitas & malitia/auracia quoq; & vana iactantia/ aliaq; his similia mala : velut fumus quidā immēsus vniuersam domū huius mūdī repleuit/& habitantibus intrinsecus/intuēdi conditorē suū/aspectū liberum nō dedit/ neq; que ei essent placita perspiciendi. Quid igitur iis qui sunt intrinsecus conuenit: nisi vt exintimis precordiis clamore prolatō/auxiliū inuocent eius/qué solū domus fumo repleta nō claudit/ & accedens aperiat ianuam domus/quo possit fumus quidē qui intrinsecus habetur excludi/lux vero solis qui extrinsecus splendet induci: Hunc ergo qui ad auxiliū domus caligine ignorati& & viciorū fumo replete perquiritur: illū esse dicimus/qui appellatur ver⁹ propheta. qui sol⁹ illuminare animas hominū potest: ita vt oculis suis viā salutis euīdēter inspiciāt. Aliter enim impossibile est de rebus diuinis/eternis cognoscere: nisi quis ab isto vero propheta didicerit. Quia sicut ipse paulo ante memorabas: fides rerū causarūq; sentētie/ pro ingeniis magis defendētiū pōderātur. Vnde & eadem causa nūc iusta/nūc putatur iniusta: & quod modo verū vī debatur/alteri⁹ assertione fallsum videtur. Ista de causa religionis ac pietatis fides: verī prophete presentiā postulauit. vt ipse nobis diceret de singulis/prout se ipsa veritas habet: & doceret quomodo oporteat de singulis credi. Et ideo ante omnia fidem prophete/omni cū examinatione oportet probari. qué eū cognoveris vere esse prophetā: de reliquo cūcta ei credas oportet/nec vltra discutere eum per singula que docuerit/sed habere firma & sancta que dicit. queq; quāvis fides suscipi

videantur: ante habita tamē probatione creduntur. Cū enim semel ex initio prophetie veritas examinata cōstiterit: reliqua ea demū fide audiēda sunt/ & tenēda/ qua eū doctorem veritatis esse iam cōstitit. Et sicut certū est cuncta secūdū veritatis regulā teneri oportere / que ad diuinā sc̄ientiā spectant: ita indubitatū/a nullo alio nisi ab ipso solo sciri posse quod verū est. ¶ Et his dīctis: tam michi aperte & tam dilucide quis esset ver⁹ propheta/ & quomodo iueniretur exposuit/ vt ego michi ante oculos habere & manu cōrectare viderer probationes/ quas de prophetica veritate protulerat/ ingentiq; stupore cōsternarer / quomodo ea que omnes querūt/ ante oculos posita nullus videt . Vnde & (iubete ipso) ea que ad me locutus est in ordinem redigens/ librum de vero propheta cōscripsi : etiāq; de cesarea ad te (ipso iubente) transmisi. dicebat enim mandatum accepisse abs te: vt per singulos annos si qua a se essent dīcta gestaq; ad te descripta trāmitteret. interea initio sermonis sui quē prima die habuit ad me de vero propheta & de aliis plurimis/ cum me instruxisset plenissime: addidit etiā hec . vide inquit de reliquo & interesto disceptationibus meis. quia si quando necessitas attulerit: habiturus sum cū iis (qui contradicūt) conficiūt. aduersum quos disputans etiā si forte inferior visus fuerō: non formidabo/ ne forte de iis que tibi a me sunt tradita tu in dubiū venias . quia etiā si ego visus fuerō superari : nō tamen iccirco & ea que nobis verus propheta tradidit/ infirma videbūtur. spero tamē q; in disputationibus supereremus: si tamē rationabiles sint auditores & amici veritatis / qui discernere valeāt vim speciemq; verborū/ & agnoscere quis sermo ex arte sophistica veniat/ non veritatē cōtinēs/ sed imaginē veritatis. & quis sit qui simpliciter ac sine fuso prolatus: omnem vim non in specie & ornatu/ sed in veritate & ratione possideat. ad hec ego omnipotenti (inquā) deo gratias ago: quia vt optauī vt desiderauī instructus sum. verū tamen de me in tantū debes esse securus: q; de iis que didicī abs te in dubiū venire non possim. vt si tu ipse velis aliquādo fidē meā/ a vero propheta transferre/ omnino non possis: ita pleno spiritu hausi que tradidisti. & ne putes magnū tibi me aliquid polliceri/quod ab hac fide negem me posse transferri: certū est apud me/ quia quicūq; hominū hanc de vero propheta acceperit rationē/dubitare vltra de veritate nullatenus poterit. & ideo cōfido de hoc diuino dogmate/celitus definitio: in quo omnis ars malitie superatur aduersus prophetā. etenim nec argumēta nec ars vlla stare sufficiet/nec sophismatum/lilogismorumq; versutie: sed omnis q; audierit de vero propheta/ necesse est vt statim desideriū capiat ipsius veritatis/nec vltra sub occasione veri querēdi/diuersos patiatur errores. propter quod domine mi o Petre: nolo sis vltra sollicit⁹/tāq; de eo qui nesciat quid acceperit/ & quantū sibi cōmissum sit muneris. certus esto q; scienti & intelligenti : gratiā consulisti. nec facile possum decipi: propterea q; que diu desiderabā/cito videor adeptus. potest enim fieri vt alius desiderans/cito adipiscatur : alius nec tarde ad desiderata perueniat. ¶ Et Petrus his a me auditis: gratias (inqt) ago deo meo/ & pro salute tua/ & pro requie mea . valde enim delector: quia intellexisse te video quanta sit virtutis prophetice magnitudo. & q; aīs nec si ego ipse cupiā(quod absit) potero te transuertere in aliā partem. ex hoc iam incipe esse nobiscū: & crastina die interesto disputationibus nostris . erit enim michi certamen cū Simone mago. cūq; hec dixisset/ lecessit vt cibū caperet cum suis : me autem leorū velsi

Liber deve  
ro prophe  
ta: quē mi  
sit ad Iaco  
bū fratrem  
domini nō  
habetur.

PETRVS  
leorū ve  
lēbatur a  
gentibus

iussit. & post cibū cum laudē dedisset deo / & gratias egisset: etiam huius ipsius fā  
etī mīchī redidit rationē / & addidit dicens. de tibi deus exequari nobis in omnib⁹:  
vt percepto baptismate / possis ad eandem nobiscum conuenire mensam. & his  
dictis: quiescere me iussit. iam enim somnum: natura corporis / & ratio temporis  
inuitabat.

Cap. V.

zacheus

**P**osteriora vero die: matutinus ad nos ingrediebatur Zacheus. & cum salu-  
tasset: ait ad Petrum. differt Simon certaminis diem / in vndeclimā mensis  
presentis: que est post septem dies. tūc enim magis vacuū sibi tempus disceptandi  
affiūmat. sed & mīchi videtur cōperendinatio eius / etiam nobis esse necessaria: vt  
plures cōueniant / qnī disputationis nostre vel auditores vel iudices fiant. veritā-  
men si probabile tibi vīdetur: inter moras / ea que in cōtrouersiā venire posse ope-  
namur / inter nosmetipso prius discutiāmus. vt vnuſquisq; nostrū cū que propo-  
nenda sint / & que respondenda cognoverit: apud semetipsum pertractet si recte se  
habeat / aut si iuenire poterit aliquid aduersarius quod obiciat / aut quod obiecta  
frustretur. si vero ex omni latere que a nobis dicēda sunt / claruerit esse munita: ita  
demū confidēter questionis inceatur exordiū. & quidē mea hec est sententia: quod  
ante omnia requiri oporteat / quid sit omniū p̄mū / quidue immediatū / quid etiā  
causam esse omniū que sunt dicendū. deinde cūcta que sunt / si facta sunt: & a quo /  
et per quem / vel propter quem / vtrum ab uno / an a duobus / an a multis accepere  
substantiam: & vtrū ex nullis substantibus / an ex aliquibus sumprasint & exorta-  
tum si est aliqua virtus in altissimis aut in infernis: si est aliqd melius omnibus / aut  
cūctis inferius. si sunt aliqui mortu⁹ / an nulli. si hec que videntur / erant semper aut  
erūt. si extiterint nullo operāte: & nullo soluente delabētur. si inquā ex his initiū  
acceperit disputatio: puto quod ea que queruntur diligenti examinatione discussa/  
facile clarellat. cū autē hec claruerint: eorum que sequuntur in promptu reperiētur  
agnitio. ego quid senserim protulī: quid etiam tibi videatur indicare ne pīgeat.

PETRVS

**A**d hec Petrus. dic inquit interim Simoni: faciat vt libet. certus quod diuina pro-  
uidētia largiente: semper nos inueniet paratos. & Zacheus quidem / que audierat  
egressus est / Simoni nūciare. Petrus vero respiciens ad nos & intelligens contrista-  
tū me esse pro dilatione certaminis / ait. q credit summi dei prouidētia dispensari  
mūdū: non debet o amice Clemens de singulis que quoquomodo accidūt / cōfiter-  
nanter accipere. certus quod iusticia dei etiā ea que luperflua vīdetur aut cōtraria  
in unoquoq; negocio: oportuno exitu / cōpetentiq; dispensat / precipue tamē er-  
ga eos qui eū familiarius colunt. & ideo q de his (vt dixi) certus est: li quid euéniat  
cōtra sententiā / nouit pro eo merorem de animis expellere / meliori sententia mani-  
festum habens / quid dispensatione boni dei etiā quod cōtrariū putatur / vertatur  
in melius. propter quod o Clemens: etiā nūc / non te cōtristet magi Simoni ista  
dilatio. credo enim quod per dei prouidētiā gestū sit / ad utilitatē tuam: vt possim  
tibi rationē fidei nostre / in hac septem dierū cōperendinacione / absq; aliquo stre-  
pitū / per ordinē cōsequēter exponere / secūdū traditionē veri prophete. qui solus  
icit que facta sunt / vt facta sint & que sunt vt fiāt / queque erūt vt erūt. que tamē  
manifeste quidē dicta / nō tamē manifeste scripta sunt: in tantū vt cū legūtur intel-  
ligi sine expositore nō possint / propter peccatū quod coadoleuit hominib⁹ / sicut  
superius dixim⁹. Iccirco igitur explanabūtur tibi p me / omnia: vt in tis quæ scripta

sunt/dilucide que sit sententia legislatoris/agnoscas. cūq; hec dixisset/exponere mihi singula de iis que in questione esse videbatur legis capitulis/cepit: ab initio creature vsc ad id temporis/quo ad eū cesareā deuolutus sum/hec michi dicens . dillatio Simonis cōtulit/vt per ordinē cūcta cognosceres (alias inquit secundum ea que oportunitas sermonis attulerit) de singulis qbusq; que nūc cōpeditiosius diximus/ latius differemus. vt secundū ea que pollicitus sum tibi: plenius de omnibus/perfectiusq; cognoscas . quia ergo hodierna adhuc nobis supereft dies ex iis qui dillati sunt: volo tibi rursus/ea que dicta sunt breuiter iterare/ vt magis tibi ad memoriam reuocetur. exin cepit hoc modo/mentibus meis innouare que dixerat. meministi o amice Clemens que michi fuerat de seculo eterno ac finē nesciē/narratio . Tū ego nichil inquā o Petre aliquādo retinebo: si hoc omittere aut obliuisci potero. Et Petrus (libēter hac mea respōsione suscepta) gratulor tibi inquit q; ita respōderis: & nō q; hec ipsa facile dicas/sed te meminisse protuleris. que enim summa sunt: silētio honorari volūt. ad finē tamē eorū que de ineffabilibus meministi; dic que retines ex iis que secundo in loco a nobis dicta sunt/que proferri facile queūt. vt peruidēs tenacitatē memorie tue: de quibus volo promptius tibi indicē/& libēter aperiā. Tū ego vbi aduerti eū auditorū memoria gaudere: nō solū inquam diffinitionis tue memor sum/sed & prefinitionis illius que ante diffinitionē posita est/& omniū pene q; exposuisti/sensem integrū seruo/etīa si verba nō omnia. quia tāq; vernacula anime mee & ingenita/effecta sunt que dixisti . nimū enim sicuti michi: dulcissimū poculū porrexisti.& ne putas q; rerū immemor/verbis te occupē: iā nūc que dicta sunt in memoriam reuocabo/ in quod me plurimū iuuat ordo disputationis tue. etenim quia cōsequenter directa sunt & librate ordinata que dicas: iccirco & facile ad memoriam ordinis sui lineis reuocātur. multū nāq; ad recordandū: prodest ordo dictorū. cū enim recolere singula p;cōsequentiā ceperis: vt aliqd deest/statim sensus inquit/& cum inuenierit feruat. aut certe si inuestigare nequiverit : a magistro requirere nō pigebit . sed ne moram faciā in reddendis iis que poscis a me: retexā breuiter que de veritatis diffinitionē tradidisti . Erat semp & est & erit illud a quo prima volūtas genita genitā esse sempiternitate constet: & ex prima volūtate iterum voluntas . post hec niūdus . ex mundo tempus. ex hoc/hominū multitudo. ex multitudine electio amicorum. ex quorū vnanimitate: pacificū cōstruitur dei regnū. reliqua vero que hec cōsequi deberent: alias te michi dicturū promiseras. post hec cū de creatura mundi exposuisses: definitionē dei quā in conspectu omniū primorū angelorū de suo consilio promisit quāq; eternā legē cūctis statuit intimasti : & q; duo regna posuit: presentis dico temporis et futuri. & tempora vtricq; cōstituit/ statuitq; expectare iudicii diē/ quā ipse definitū/in qua habēda sunt rerū/animarūq; discretio. vt impii quidē pro peccatis suis igni tradātur eterno: ii vero qui secundū volūtate conditoris sui vixerint/pro bonis operibus benedictione suscepta/& clarissima luce fulgētes/introducti ad eternū seculū & in incorruptionē durantes/ ineffabiliū honorū munera eterna p̄cipiant. hec me prosequēte gaudio p̄fulus est Petrus/ & tāq; sup filio trepidās/ne forte in reliquorū memoria titubās erubescerē/propter eos qui aderāt: sufficit inqt o Clemens. euidentius enim hec q; a me ipso expolita fuerā/ redditū. Et ego aio. narrādi ordinē/& lucidius que res experti proferēdi/eruditio nobis cōtulit liberalis:qua

Clemens

SYATHE

Diuinās / e  
ternasq;vo  
luntas fi  
liū paracle  
tū appellat

si vtamur in antiquitatis erroribus in perniciem vite verborū decore ac suauitate decidimus. si vero ad asserendā veritatē/eruditōne sermonis & gratiā cōferam⁹: puto ex hoc nō parū vtilitatis acqri. verū tamē mi domine o Petre quāta me arbitraris gratulatione sublatū/cū in ceteris omnib⁹/tū precipue in illius doctrine sensitia qua aīs. vnus est deus/cuius opus mūdus est: q̄c̄ quia iustus est omnimodis vnicuīc⁹ pro actib⁹ suis reddet. & post hec addisti dicēs. pro cui⁹ assertione dogmatis/innumera verborū milia mouebuntur: sed iīs quibus veri prophete cōcessa sc̄iētia est/omnis ista verborū silua succisa est. & propter hoc cū michi traderes de vero propheta sermonē: omni me assertionū firmitate roboraſti. Inde ego deniq̄ cum aduertissem in hoc summam totius religionis / pietatisq̄ consiſtere: ilico respondi optime prosecutus es Petre. propter quod de reliquo iam tanq̄ sc̄iēti que ſint fundamēta fidei & pietatis: veri prophete rationes incūtanter expone/cui ſo li credendū eſſe euidenter probatū eſt. illam vero expositionē que assertionib⁹ & argumētis indiget: infidelibus serua/qbus nondū cōmittere prophetice gratie in dubitabile iudicaueris fidē. & cū hec dixissem: tu vtrūq̄ inq̄ pollicitus es/ & hanc te michi ſimplicem expositionē ac totius erroris extemp⁹/& illam que per singulas quasc⁹ q̄ſtiones explicatur (que qđē a te mouet ūtur) in tēpore traditurū. & post hec exposuisti per ordinē: a principio mūdi vſq̄ ad prelens tempus continentiam rerum. & ſi placet poſſum memoriter: vniuersa recenſere.

Cap.VI.

PETRVS

 qui pre ceteris omnībus excelsi dei cultum atq̄ scientiam receperūt. sed & sancti ho-  
 mines( vt diximus) impiorū efficiuntur dīi: tanq̄ qui potestatem acceperunt in eos/  
 vite ac necis. vt de Mose ac iudicib⁹ supra memorauimus. propter quod & scri-  
 ptum est de eis: deos nō maledices/ & principem populi tui nō maledices. prin-  
 cipes ergo singularū gentiū: dīi appellantur. principū autem deus/ Christus est: qui  
 est omniū iudex. vere ergo necq̄ āgeli/ necq̄ homines/ necq̄ vlla creatura dīi esse po-  
 sunt. quippe qui sub potestate sunt positi/ tāq̄ creati & mobiles. āgeli quidem qui  
 nō fuerūt & sunt: homines autē vt mortales. omnis vero creatura vtq̄ solui po-  
 sit/ sed reuera si voluerit ille qui fecit. & ideo ille solus verus est deus: qui non solū  
 ipse vivit/ sed & aliis vitā prestat/ quam & auferre potest cum vult. propterea er-  
 go clamat scripture ex persona dei iudeorū/ & dīct⁹. videte/ videte q̄a ego sum de⁹/  
 & nō est alius preter me: ego occidam & ego vivere faciā/ percutiam & ego sana-  
 bo/ & nō est qui eripiat de manib⁹ meis . vides ergo quomodo ineffabili quadā  
 virtute/ scripture occurrēt supinis eorum errorib⁹ qui aliunde preter eū qui est iu-  
 deorum vel in celis esse/ vel in terris affirmarēt/ pronūciat dicens: domin⁹ deus tu⁹  
 deus vñus est in celo sursum/ & in terra deorsum/ & preter ipsum alius nō est. quo-  
 modo ergo tu dicere ausus es/ aliū esse deū: preter eū qui iudeorū est deus: & iterū  
 dīct⁹ scripture. ecce domini dei tui celū/ & celum celi/ terra/ & omnia que in ea sunt:  
 verūtamen patres tuos elegi/ vt diligerē eos & vos post ipsos. Ita ex omni parte a

De angelis

72 terrena-  
tiones.

scriptura/ista munatur sententia: quia ipse qui mundum creauit verus & solus deus est.  
 quod & si sint alii (vt diximus) qui dicuntur dei: sub potestate sunt iudeorum dei. quia  
 ita dixit scriptura iudeis. dominus deus noster: hic est dominus deus deorum/ & do-  
 minus dominorum. hunc etiam soli colendui monet scriptura/dicens. dominum deum tuum  
 adorabis: & illi soli seruies. & audi israel: dominus deus tuus/deus unus est. denique  
 et sancti spiritu dei replete/ & guttis misericordie eius irrorati / exclamant dicentes:  
 quis similis tibi in domine/quis similis tibi gloriosus in sanctis: & iterum: quis  
 deus preter dominum: & quis deus preter deum nostrum: Itaque Moses ubi proficere  
 populū vidit: paulatim eos ad intelligentiam monarchie/ & fidem dei unius instituit.  
 vt in cōsequentibus dicit: nomina deorum aliorū non cōmemorabis. recordatus sine  
 dubio qualis pena damnatus sit serpens: qui primus nominauerat deos. terrā denique  
 comedere condēnatur/ & tali cibo dignum iudicat ob id/ quod primo omnium appellatio-  
 nē deorum introduxit in mundum. quod & si tu multos deos vis introducere:  
 vide ne exitū serpentis simile fortis. certus autem esto: quod nos huius australis socios non  
 habebis/nec decipi nos patiemur abs te. nec enim proderit nobis ad excusationē  
 in iudicio: si dicamus quod deceperis nos. quia nec prima mulierem excusare potuit  
 male credidisse serpenti: sed & morte (quia male crediderit) condēnata est. hac ergo de  
 causa & Moses unius dei fidem populo commendans ait: obserua tibi ne seducaris a  
 domino deo tuo. vide quia eodem verbo vtitur: quo & prima mulier in excusatio-  
 ne vtebatur seducta se dicens/sed nichil profuit. super omnia autem etiam: si unus ali-  
 quis surgeret propheta / qui signa & prodigia faceret / suadere autem vellet vt cole-  
 remus deos alios preter iudeorum deum/nunquam ei credere possemus. sic enim nos do-  
 cuit lex diuina: secretū sermonē purius ex traditione cōmēdās. ait ergo si surrexerit  
 in te propheta/aut sōniāns sōniū/ & dederit signa & prodigia/ & dixerit ad te: eam  
 & collam deos alienos quos nescitis: non audietis verba prophete illi/ neque sōniōs  
 niatoris illi/ quia tētās tētabit vos dñs/ vt videat si diligitis dominum deum vestrum. pro-  
 pterea ergo & dñs noster signa & prodigia faciens: deum predicabat iudeorum. &  
 ideo recte predicationi eius creditur. tu autem etiam si vere propheta es/ & signa fa-  
 ceres ac prodigia sicut promisisti/ & alios annūciares deos preter eum qui vere es: ma-  
 nifestum esset te ad temptationē populo dei suscitatum. & ideo credi tibi omnino non  
 potest. unus es & enim verus qui est iudeorum deus. & ob hoc dominus noster  
 Iesus Christus: docebat querendū esse non deum quem bene nouerant/sed regnum & iu-  
 stitiam eius. quam scribe & pharisei suscepta scientie clavie non concluserant/sed ex-  
 cluserant. nam si ignorassent unum deum: nunquam utique huius rei scientiam relinquens  
 que erat omnium caput/culparet eos de puis & minimis/ id est quod dilatarent fimbrias  
 suas/& primos accubitus in concubinis vēdicarent/ & quod in quadrupliū stantes oraret/  
 et alia his similia: que utique ex cōparatione huius magni capitatis ignorantie dei/exi-  
 gua videntur & parua. ¶ Et Simon magus ad hec ait. Ex verbis magistri tui conuincā te:  
 quia etiam ipse iguotum quedam omnibus/introducit deum. cū enim & Adam cre-  
 atorem suum sciret deum mundus cōditorem/ & Enoch/quippe qui ab eo translatus  
 est/ & Noe/ vt pote ab eo iussus arcā cōstruere/ tunc & Abraham & Isaac & Jacob  
 & Moses/ & oīes patres/oīsc̄ populus atque oīes gētes nouerint cōditorem mundi/ &  
 fateātur deum: Iesus vester quod lōge posterior patrib⁹ apparuit/dicit nemo nouit filium  
 nisi pater/neque patrē quod nouit nili filius/ & cui voluerit filium reuellare. Ita ergo Iesus  
 vester alius esse deū/ incōprehensibile omnibus & incognitū fatetur. Cap. VI.

tum Petrus. Contraria inquit tibi meti pi te proferre non sentis. si enim Iesus nos  
ster scit istum quem dicas incognitum deum: ergo iam non a te solo cognitum. imo  
Iesus noster eum nouit. Moses quoque qui & Iesum venturum esse prophetauit/ sine  
dubio nec ipse ignorauit eum. propheta enim erat. & qui de filio prophetauit: sine  
dubio cognouerat patrem. si enim in voluntate est filii reuelare patrem cui volueret  
filius/ qui ab initio & semper cum patre fuit per singulas quasque generationes:  
sicut reuelauit Mosi patrem/ ita & aliis prophetis. quod si ita est: nulli patrum fu-  
isse incognitum constat. tibi vero qui filio non credis: quomodo potuit reuelari pa-  
ter/ qui nulli notus est/ nisi cui voluerit filius reuelare: reuelat autem filius patrem  
tis qui ita honorificant filium/ sicut honorificat patrem. ¶ Tui Simon. Memento  
inquit quia filium dixisti habere deum: quod est iniurie. quomodo enim habere fi-  
lium potest: nisi similia hominibus aut animalibus partatur: sed de his non est/ nunc  
tempus arguere profundam stultitiam tuam. festino enim de immensitate sum-  
me lucis exponere: et iam nunc audi. puto esse aliquam virtutem immense & inef-  
fabilis lucis: cuius magnitudo incomprehensibilis habeatur. quam virtutem etiam  
mundi conditor ignoret/ & legislator Moses/ & magister vester Iesus. ¶ Tum Pe-  
trus. Non videtur tibi amentie res esse asserere velle quempiam quod sit alius deus quod  
deus omnium: & dicere/ puto esse virtutem quadruplicem: & prius quod ipsi certum sit quod  
loquitur/ hoc velle aliis confirmare: est ne quis ira preceps: qui verbis tuis credat/  
in quibus te ipsum videat dubitatem/ & admittat esse aliquam virtutem incogni-  
tam creatori deo/ & Mosi/ & prophetis/ & legi/ & Iesu etiam magistro nostro: quod  
virtus bona sit: ut nulli velit ignoscere nisi unum tantum/ & hoc tibi tali. ¶ Tum  
deinde si noua est ista virtus: quomodo nobis non dat nouum aliquem sensum ipsa/  
preter hos quos gerimus quinque/ ut ex ipso ab ea nobis largito nouo sensu/ ipsam  
que noua est capere & intelligere possimus: aut si non potest largiri: quomodo ti-  
bi largita est: aut si tibi reuelauit: cur & non nobis: si vero a temetipso intellexisti/  
que ne prophete quidem sentire aut intelligere potuerunt: dic age nobis nunc/ quod  
vnumquisque nostrum cogitat. si inter tantus est spuma/ ut ea que super celos sunt inco-  
gnita omnibus & omnibus incomprehensibilia cognoscas: multo facilius cogitatio-  
nes humanas quod in terris habentur/ agnoscis. quod si cogitationes nostras qui hic  
sumus/ non potes scire: quomodo ea que nulli esse cognita affirmas/ scire te dicas.  
Crede autem mihi: quia nunquam scires quid est lux/ nisi ab ipsa luce accepisses & visum  
& intellectum videndi. sic & in ceteris hinc accepta intelligentia/ maius aliquid &  
sublimius somniu in star excogitas/ occasione tamen ex istis quinque sensibus sumpta/  
quorum largiori ingratus es. Certus autem esto quod donec non iuuenis nouum ali-  
quem sensum qui extra hos quinque sit/ quibus omnes utimur: nouum asserere non  
poteris deum. ¶ Et Simon. Cui quinque sensibus constent omnia que sunt: nihil no-  
num addere virtus illa cunctis eminentior potest. ¶ Et Petrus ait. falsum est. Est  
enim alius sextus sensus: id est prenoscendi. isti enim quinque sensus capaces scientie  
sunt: sextus autem prescientie est. quem habuerunt prophete. tu ergo quomodo po-  
tes deum omnibus incognitum nosse: qui nec propheticum sensum qui est prescientie/  
cognouisti: ¶ Tum Simon cepit dicere. Hac quam dico viitatem incomprehen-  
sibilem & eminentiorem cunctis/ etiam ipso qui mundum condidit deo: necque ange-  
lorum quisque/ neque demonum nouit/ neque iudeorum/ neque villa omnino que a co-  
ditore deo substituit creatura. quomodo enim poterat: quam creator ipse non nos  
kii

PETRVS

Simon mag.

PETRVS

Et dicere pu-  
to esse virtutem  
quadruplicem:  
dicere  
proferri hunc  
sermonem/ puto  
esse virtutem  
quadruplicem

Simon mag.  
PETRVS

Simō magus.

PETRVS

uerat: lex me ipsius creatoris edocuit: cum nec ipsa sciret/quod doceret. ¶ Et Petrus. Miror inquit quomodo tu ex lege plus potueris discere: q̄ docere/vel scire lex poterat: & quomodo horū que asseris probationes dicās te ex lege proferre: cū ne q̄ legem asseras nosse ea / que dīcis/necq; eum qui legem dedit/ id est mundi creātor rem: sed & hoc miror: quomodo tu qui solus hec nosti/ hīc modo cum omnibus

Simō magus

PETRVS.

stes/ breuis atrii huius ambitu circundatus. ¶ Et Simon videntis cum omni populo ridentem Petrum: rides inquit Petre cū sermo de tātis rebus & tā eminentib⁹ habeat. ¶ Tum Petrus. Noli inquit iudicari Simon. nichil enim preter promissiōnem nostram gerim⁹/necq; aures nostras claudimus vt dicebas. necq; statim vt audiūmus a te ineffabilia proferri: in fugam cōuersi sumus/ sed ne loco quidem morti. necq; enim verisimilia saltem aliqua proferuntur abs te: que nos possint aliquatenus detergere. aut certe aperi nobis intelligentiam dīcti huius: quomodo tu ex lege dīdiceris deum/ quem lex ipsa nescit/ & quem ipse qui legem posuit ignoraſt. ¶ Et Simon. Si inquit ridēdo cessasti: euidentibus assertionibus comprobabo

Simō magus

PETRVS

Simō magus

¶ Et Petrus ait. quid ni desinam vt possim discere a te/quomodo tu a lege dīdicis que lex nescit/ & ipse deus legis ignorat? ¶ Simon. Audi inquit. Manifestum est omnibus & ineffabili quadam ratione compertum: vnum esse deum qui sit omnium optimus: a quo omne quod est sumpsit exordium. vnde & necessario subiecta sunt ei omnia que post ipsum sunt/ veluti principiū omnīū & eminentiorū. Ego ergo cū cognouissem deū hunc / qui creauerat mundū secundum q̄ lex docet i multis esse infirmū/longe autem abhorret infirmitas a perfecto de eo/ & hunc viderem non esse perfectum : necessario alii intellexi qui esset perfectus . hic enim ( vt dīxi) secundum quod scriptura legis docet: in multis infirmus esse deprehēditur. primo q̄ homo quē plasmauit/ non potuit permanere talis qualē ipse voluerat. & quia nec bonus est qui primo hominī posuit legem: vt de omnibus quidem lignis paradoxi ederet/de ligno autem scientie nō cōtingeret/ sed si gustasset morte moreretur. cur enim vetaret eum vesci/ & scire quid esset bonum & quid malum: vt sciēs malum quidem vitaret/ bona vero eligeret: sed necq; ipse hoc cōcessit. & quia ille preter mandatum gustauit / & agnouit quid esset bonum / ac dīdicit honoris gratia verenda cōtegere (indecōrū enim sensit reuelatiōnē pudendis stare ante creatorem suum) ille eum qui honorē deo deferre dīcerat / morte condēnat. & serpenti (qui hec ostēderat) maledicit. sed vtq; si ledendus ex hoc erat homo: cur omnino ledidi causam in paradyso posuit: si vero bonū erat quod in paradyso posuit: non est bonū/prohibere a bono . sic ergo cū is qui hominē fecit/ & mundū (secundū ea que lex refert) imperfectus sit: alii sine dubio dat intelligi/ qui perfect⁹ sit. necesse est enī aliquē esse omnīū perfectissimū: propter quē omnis creatura ordinē suū seruat. unde & ego sciēs/ quia omnīmodo necesse est esse aliquē benigniore & potentiores eo qui legē dedit imperfecto deo: ex cōparatione imperfecti perfectū quid sit intelligens/ ex ipsa scriptura deū illū de quo scriptū nō erat/intellexi . & hoc modo potui Petre ex lege discere: quod nesciebat lex. quod & si lex nō dedisset indicia quibus colligeretur imperfectus esse deus q̄ condidit mundū: michi possibile erat etiā ex iis que in hoc mundo geruntur malis/nec emēdantur/colligere vel quia impotens erat creator eius/q̄ male gesta nō corrigit si nō potest: velsi nō vult auferre malos ipse malus sit. si vero necq; potest/necq; vult: nec potens nec bonus sit. & ex his necesse est colligi: q̄ alius sit deus omnīū prestatissim⁹ & potētissimus . ad hec si qd habes

dicere: non moreris. **C** Petrus respōdit. Solēt ista o Simon absurdā aduersus dēū  
 meditari ii/qui legem non magistris tradentibus legūt: sed semetip̄os doctores ha-  
 bēt/ & putant se itelligere posse legem/ quam ipsi nō exposuit ille qui a magistro  
 didicerit. verūtamen nūc vt & nos secundū tuū sensum scripturā legis sequi videa-  
 mur: quia impotentē & non bonū dicis ostendī conditorem mūdi/quomodo nō  
 vidisti q̄ eisdem ipsiis reprehensionib⁹ succubbit & subiacet etiam illa virtus tua/  
 quā dicis eminentissimā omnīū: eodē nāq̄ modo de ipsa dici potest: quia omnia  
 que hic male gerūtur/aut impotens est que non corrigit/ aut si potest & non vult  
 mala est. si vero neq̄ potest neq̄ vult/ & impotens est & imperfecta. vnde non so-  
 lu simili culpe virtus illa tua noua/ sed & deteriori inuenitur obnoxia: si super hec  
 omnia etiam cum nō sit/ esse credatur. nā is qui mundū creauit: hoc ipsum q̄ sub-  
 sistit/ex opere eius quo mundū condidit palam est/sicut etiā ipse confiteris. illa ve-  
 ro sola virtus/quā te solum scire dicis: nullum de se indicū prebet/ per quod hoc  
 ipsum saltem q̄ est & subsistit/possim⁹ aduertere. Quale est ergo vt derelinquam⁹  
 deum/in cuius uūdo viuim⁹/ & omnibus ad vitam necessariis fruimur: & sequar-  
 mur nescio quem/cuius non solum nichil consequimur boni/sed ne hoc ipsum q̄  
 dem q̄ sit/scire possumus: scilicet quia nec est. siue enim eū lucem appelles/ & luce  
 ista quam cernimus clarorem: nomē ipsum a mūdi conditore mutuaris. si substan-  
 tiā dixeris super omnia: intelligentiā hunc profers cuim sermonis augmēto. siue  
 mentē/siue bonitatem/siue vitā/siue aliud quid nominaueris: hinc vocabulum  
 mutuaris. cū ergo nichil noui de illa virtute q̄ dicis/ non solū ad intelligendū verū  
 ne ad nominandū quidem habeas: quomodo introducis nouū deum/cuius ne ap-  
 pellationem quidem inuenis nouam: virtus enim nō solū creator mundi dicitur:  
 sed & ministri glorie eius/omnisq̄ militia celestis. nō tibi ergo melius videtur esse/  
 vt sequamur factorem nostrū deum: tanq̄ patrem erudiētem nos & imbuētem/  
 sicut ipse nouit: Qd & si sit aliquis (vt dicis) benignior omnīū deus: certū est quia  
 non irascetur nobis. si vero irascitur. malus est: noster autē deus si irascatur & vin-  
 dicet: nō est malus/sed iustus. proprios enim filios corripit & emendat. Ille vero q̄  
 nichil nobiscum habet negotii/si vindicare vellet in nos: quomodo bon⁹ erit sup-  
 plicia sumens de nobis/qui nō (derelicto patre nostro) ipsū secuti sumus inanibus  
 suspicionibus tractī: quomodo ergo ille talis/bonus pater a te asseritur: qui nec iu-  
 stus intelligi potest: **C** Tum Simon. Tantū ne erras Petre: vt nescias q̄a anime no-  
 stre a bono deo sunt illo/omnīū prestatissimo/sed captiuē deducēt sunt in hūc mū-  
 dum: **C** Et Petrus. Ergo non est omnibus ignotus: sicut paulo ante dicebas. & ta-  
 men quomodo indulxit bonus deus captiuitatē fieri animarum suarum: si erat su-  
 per omnes potentior virtus: **C** Et Simon. Ipse misit creatorem deum vt conderet  
 mundum: sed isto mundo condito/semetip̄um pronūciauit deum. **C** Et Petrus.  
 Ergo non ignoratur ab eo qui condidit mūdum: vt superius dixeras. sed necq̄ ani-  
 me ignorat eū: si quidem ab ipso abduēt sunt. cui ergo iā erit incognitus: si & mū-  
 di creator nouit eum vt pote ab ipso missus/secundū ea que tu dicis/ & omnes ani-  
 me tāq̄ ab ipso huc violenter abstracte: Tum deinde dicas velim: qui mittebat cō-  
 ditorem mundi/nesciebat eū qui mittebatur fidē non seruaturum: si nesciebat: pre-  
 sciens non erat. si vero presciuit & passus est: facti huius ipse reus est/ qui nō veruit.  
 quod si nō potuit: omnipotens nō est. si vero quasi bonū id sciens nō prohibuit:  
 inuenitur ille esse melior/ qui presumpsit facere id/ quod ille qui permittebat igno-

PETRVS

Simō magus

PETRVS

Simō magus  
PETRVS

- Simō magus  
 PETRVS  
 Simon mag⁹  
 PETRVS  
 Simon mag⁹.  
 PETRVS  
 PETRVS
- rauit bonum. ¶ Et Simon. Volētes inquit ad se venire suscipit: & ipsis bene facit.  
 ¶ Et Petrus. Nec hoc nouum est. hoc enim facit & hic: quem mūdi creatorem fa-  
 teris. ¶ Et Simon. Sed bonus deus/ tātum si agnoscatur salutem prestat: mūdi au-  
 tem conditor/exigit etiam legem impleri. ¶ Et Petrus. Ergo & adulteros & ho-  
 mīcidas saluat/si cognoverint eum: bonos autē & sobrios vel misericordes si nul-  
 lum de eo iudicium capientes ignorauerint eum/ non saluat . magnum bonū pre-  
 dictas: qui non tam malos saluat/ q̄ qui bonis nullam misericordiam prestat. ¶ Et  
 Simon. Magnus sane est labor agnoscere eū homīni in carne posito. omnib⁹ enim  
 tenebris tetrius/& omni luto grauius est corpus hoc: quo circūdatur anima. ¶ Et  
 Petrus. Ergo bonus ille deus : que difficultia sunt querit. qui autem vere deus est: fa-  
 ciliora experit. dimitat itaq̄ nos quasi bonus apud patrem & creatorem nostrum:  
 & quando discesserimus a corpore/& istas quas dicas tenebras reliquerimus/ tunc  
 eum facilius agnosceremus. & tunc magis anima conditorem suū esse intelliget dēi:  
 & apud ipsum permanebit/nec vltra diuersis cogitationibus fatigabitur/ nec vo-  
 let ad aliam confugere virtutem/ que nulli cognita est nisi Simoni soli. que tāre bo-  
 nitatis est: vt nūi quis prius impius extiterit in parentem suum/ad ipsam venire nō  
 possit . nescio quomodo hec virtus vel bona/ vel iusta appellanda sit : cui placere  
 non paret nisi qui inipie gesserit in eum/a quo factus est. ¶ Et Simon. Non est  
 impiū: vtilitatis gratia & lucri maioris confugere ad eum/ qui opulentioris est  
 glorie. Cap. VII.  
 e T Petrus. Si( vt tu aīs)non est. impiū confugere ad alienum: multo magis  
 pium est permanere apud propriū patrem/etiam si pauper sit. aut si non  
 putas eīse impiū/ vt relicto patre nostro confugiamus ad aliūm quasi ad melio-  
 rem/ necq̄ indignari credis pro hoc creatorem nostrum: multo magis bonus deus  
 non indignabitur/q̄ cum essemus ab eo alieni/non confugimus ad eum/ sed per-  
 mansimus apud creatorem nostrum. & puto quod ex hoc magis collaudabit nos:  
 quia fidem seruauimus creatori nostro deo/considerans q̄ si ipsius fuissimus/nūq̄  
 relinquentes ipsum seduci illecebris potuissimus alienis. nam si quis opulentiorib⁹  
 illecius pollicitationib⁹(relicto proprio parente) cōfugiat ad alienum:poteſt fieri  
 vt iterum relicto eo ad aliūm perget/qui maiora promiserit/ eo magis quod ipsius  
 proprius non erat filius. quippe qui etiam eum/qui ei natura pater erat:relinquere  
 potuit. ¶ Et Simon. Quid si ab illo sunt anime: & ignorant eum/ & ille est vere pa-  
 ter ipsarum? ¶ Et Petrus. Satis inquit ostendis eum inualidum. nam si potentior  
 (vt aīs) omnibus est: nunq̄ potentiori inualidior/ spolia detraxisse credendus est.  
 aut si potuit vi ab eo animas deducere in hunc mundum creator deus: quomo-  
 do eas corpore emissas & captiuitatis vinculis resolutas/bon⁹ deus vocabit ad pe-  
 nam/que per ipsius vel desidiam/vel infirmitatem/abstrahi ad hunc locum/ & in-  
 uolui corpore quasi tenebris ignorantie potuerunt: videris michi ignorare qd sit  
 pater & deus. verum & anime vnde sint/vel quando/vel quomodo facte:possem  
 dicere. sed hec tibi aperire fas non est: in tanto errore posito de sc̄ientia dei. ¶ Tum  
 Simon. Erit inquit tempus cum penitebit te: q̄ dicente me de ineffabili virtute non  
 intellexeris. ¶ Petrus aīt. Da ergo nobis( vt ſépe dixi) tanq̄ nouus deus/aut qui ab  
 illo descenderis/sensum aliquem nouum: per quem nouum quem dicas deum pos-  
 simus agnoscere. Iti enim quinq̄ sensus quos nobis dedit creator de⁹: creatori ſuo  
 fidem seruant/ ne aliūm quenq̄ ſentiant eſſe deum/ hoc eis ipsa ſui preſtāte natura.

Ad hec Simon. Adhibe (inquit) animū ad ea que dicturus sum / & facito eū in  
 uisibilibus semitis incedētem / peruenire ad ea que tibi demonstrauero. ausulta er  
 go nunc . nunq̄ ne in cogitatione positus / extendisti mētem tuam in regiones vel  
 insulas porro positas / & ita in eis fixus animo mansisti: vt ne presentes quidem vi  
 dere/aut temetipsum scire vbi sederes/presuauitate eorum que habebantur in oculis posses? ¶ Et Petrus. Verum est Simon: hoc michi frequenter accidit. ¶ Et Si  
 mon. Ita & nunc sensum tuum exēde in celum : & iterum super celum. & vide qā  
 debet esse alīs locus q̄ sit vltra mūdū vel extra mūdū: in quo necp celū sit/necp ter  
 ra/ ne vmbra horū etiā ibi tenebras operetur. & ob hoc cū necp corpora in eo sint  
 aliqua/necp ex corporibus tenebre: necessario/in eo sit lumen immensum. & lumē  
 considera cuiusmodi esse possit: cui tenebre nulle succedunt.nam si vniuersum hūc  
 mundum solis huius replet lux: quantum existimas esse illud incorporeum lumē/  
 & infinitum: tantum sine dubio vt istud solis lumen : ad illud/ tenebre & non lux  
 esse videatur. ¶ Hec cum diceret Simon: Petrus respondit. de vtroq̄ ergo patien  
 ter ausulta:id est & de exemplo tendendi sensus/ & de immensitate lucis. scio me  
 ipsum o Simon aliquando in cogitatione positum extendisse sensum meum in re  
 giones(vt aīs)& insulas procul positas/easq; mente non minus q̄ oculis perspexis  
 se. cum essem apud Capharnaum in captura pīscium positus/ & federem supra sa  
 xum/sete innexum hamum & decipiendis pīscibus in mari/aptatum habens:ita vt  
 inherentem ei non senserim pīscem. dum mens mea per desiderabilem michi hieru  
 salēm disenta percurreret: ad quam sane oblationum gratia & orationū/ vigilans  
 frequenter ascenderam. verum & cesaream hanc mirari ab aliis audiens & desidera  
 re solebam/& eam in qua non fueram videre michi videbar/& cogitabā de ea que  
 eoueniret de ciuitate magna cogitari/portas/muros/ lauacra/plateas angīportus/  
 fora/& horum consequentia: secundum eascūlīcet que in aliis vīribus videram. &  
 in tantū intentione huiuscemodi intuitus delectabar: vt vere (sicut ipse dixisti) nec  
 presentem atq; astantem viderem/nec ipse vbi federem nossem.denicq; cum pīscem  
 maximum qui hamo inheserat mēte occupatus/ habere me minime sentirem / & id  
 quidem cum hami lineam de manib; meis violente arriperet : stupentem me vi  
 dens frater meus Andreas qui mecum sedebat/ac pene casurum / latus fodiens cu  
 bito velut dormientem excitat dicens. non vides Petre q̄ magnum pīscem ceperis:  
 nunquid non mente excidisti: q̄ sic attonitus stuples: quid est quod pateris: dic  
 michi: At ego indignatus ei paululum/q; me a dulcedine eorum que intuebar ab  
 straxerit: respondi nichil me mali pati . sed animo desiderabilem michi intueri hie  
 rusalem simulq; cesaream: & corpore quidem cum ipso esse/mente vero illuc peni  
 tus auferri. At ille nescio vnde inspiratus: reconditum & secretum veritatis protu  
 lit verbum. desine inquit Petre . quid est quod agis: hi enim qui demone incipiūt  
 repleri mente: huiuscemodi initia habent . per phantasias primo ad iocunda que  
 q; & delectabilia transferuntur: deinde ad ea que non sunt/ vanis & inanibus mo  
 tibus effunduntur . hoc autem accidit ex languore quodam anime quo ea qui  
 dem que sunt non videt: desiderat vero adducere ad conspectus suos ea que non  
 sunt. sed & illis ita accidit: qui phrenes in patiuntur / & videntur sibi multas ima  
 gines videre. pro eo quod nimietate frigoris vel caloris/anima ipsorum conuulsa

PETRVS  
Simō magus

PETRVS

Andreas

Nota

et emota locis suis: errorem patitur ministerii naturalis . sed & ii qui laborant siti: cum in soporem venerint / flumina & fontes videre sibi videntur ac bibere . hoc autem patiuntur: ariditate intemperati corporis laborates. propter quod certum est hoc / vicio quadam vel anime vel corporis fieri . deniq; vt accipias rei fidem: de iherusalem quam sepe videram dicetam fratri meo / que loca / quosue conuentus visus michi fuisse videre . sed & de cesarea / quam nunq; videram: nichilominus conten debam q; esset talis / quale mete & cogitatione videra . cum autem venissem huc nichil omnino simile aspiciens eorum que per phantasias videram / reprehendi me ipsum & notaui valde. quia ex aliis que videram: portas / & muros / aliasq; edes / re uera similitudinem ex aliis capieb; dederam . neq; enim quis potest nouum aliquid et cuius forma nulla vniq; extiterit: cogitare . nam & si velit aliquis tauros cum quis capitibus ex sua cogitatione formare : ex illis quos vidit cum singulis capitib; illos quinis capitibus fungit . Et tu ergo nunc si vere aliquid tibi videris tua cogitatione prospicere / & supra celos intueri : non dubium quin ex istis ea consideres / que in terris positus vides. aut si putas facilem menti tue accessum esse super celos / et considerare te posse que illuc sunt / atq; immense illius lucis scientiam capere : pu to / ei qui illa potest comprehendere / facilius esse ut sensum suum qui illuc nouit ascendere / in aliquius nostrum qui assitimus cor & pectus iniciat / & dicat quas in eo cogitationes gerat . si ergo potes alicuius nostrum / qui tamen non sit erga fauorem tuum occupatus / enunciare cogitationes cordis: poterimus tibi fortasse credere / quod & ea que super celos sunt: scire potueris / licet illa multo sint meliora .

**¶** Ad hec Simon. Quoniam (inquit) multas nenia texuisti: audi iam nunc impossibile est omne quod ad cogitationem hominis venerit: non etiam re ipsa ac veritate subsistere . que enim non subsistunt / nec speciem habent . que autem speciem non habent: nec cogitationi possunt occurere . **¶** Et Petrus. Si omne (ingt) quod ad cogitationem ventre potest subsistit / istum quem dicas extra mundum esse immensitatis locum / si eum quis in corde suo lumine esse cogitet / alius vero tenebras: quomodo poterit vnius artq; idem locus secundum eos qui diuersa de eo cogitarunt / & lumen esse & tenebre . **¶** Et Simon. Omitte nunc ista / que ego dixi: tu quid esse putas super celos / dico . **¶** Et Petrus. Si de vero inquit fonte luminis crederes: possem te docere quid & quomodo esset quod immensum est / & non phantasia vnus / sed consequentem & necessariam rationem reddere veritatis . nec assertionebus sophisticis: sed legis & nature testimonis vterer: ut scires / quia immensitatis fidem precipue continet lex: quod si immensitatis ratio non latet legem: nichil profecto aliud eam latere potest . & ideo falsum est: quod purasti esse aliquid / quod ignoret lex: multo autem amplius nichil eum latebit: qui legem dedit . nec tamen possum tibi aliquid de immensitate / & de iis que sine fine sunt / loqui: nisi prius de iis qui certo fine terminantur celis / rationem vel recuperis nostram / vel ipse protuleris tuus . quod si de iis que certis finibus concluduntur intelligere non potes: multo magis de iis que sine fine sunt neq; scire aliquid poteris / neq; discere . **¶** Ad hec Simon. Melius (ait) michi videtur / simpliciter credere quia deus est: & quia solu istud quod vide mus sit celum in vniuerso mundo . **¶** Et Petrus. Non ita inquit: sed vnum quidem confiteri conuenit deum qui vere est / celos autem esse qui ab eo facti sunt / sicut & lex dicit. quorum vnu sit superius quo continetur istud visibile firmamentum / & illud

Simō magus

PETRVS

Simō magus  
PETRV8

Simō magus

PETRVS  
De dupli  
celo.

esse perpetuum & eternum/ cum iis qui inhabitant ibi: istud autem visible/in consumatione seculi resoluendum esse / & transire. vt illud celum quod est antiquius et excelsius: post iudicium/sanctis & dignis appareat. Ad hec Simon respodit. hec ita esse vt dicas: credentibus possunt videri. ei autem qui horum expectat ratione: impossibile est ex lege proferri/ & precipue de immensitate lucis. Et Petrus. Noli(inquit) putare nos qd hec fide sola recipienda esse dicamus: sed hec ratione asserenda. neq; enim est tutum nude hec fidei absq; ratione committere: cum utiq; veritas ratione non caret. & ideo qui hec ratione munita suscepit: perdere ea nūq; potest. qui vero absq; assertionibus ea suscipit/simplicis sermonis assensu: neq; seruare ea tuto potest/neq; si vera sint cert<sup>o</sup> est. quia qui facile credit: facile & recedit. qui autem ratione quesiuit eorum que credidit/& accepit: quasi vinculis quibusdam rationis ipsius colligatus/nunq ab iis que credidit diuelli aut separari potest. & ideo quanto quis propensior fuerit in expetenda ratione: tanto erit firmior in expetenda fide. Ad hec Simon. Magnum est(inquit) quod repromittis: vt immense lucis eternitas/ex lege possit ostendi. Cung; Petrus dixisset: quando volueris. Simon ait: quoniā hora iam multa est: crastino astanti michi & renitenti/si probare potueris factum esse hunc mundū & animas esse immortales/ habebis me adiutorem predicationis tue. Et cum hec dixisset: egressus est. secuta est autem eum ex omni populo qui cum ipso venerant pars tertia/qui erant quasi mille viri:ceteri vero flexis genibus prostrabant se Petro. super quos ille inuocato domini auxilio / alios demonia habentes curauit/ alios etiam langentes sanauit. & ita letantem populum dimisit: mandans eis vt in crastinum diem maturius conuenirent.

Cap.VIII.

P Etrus vero cum recessissent turbe: sterni iussit humi subnude/ vbi fuerat disputatum/& recubuit vna cum undecim. ego vero cum aliis quibusdam qd ipsi initia audiendi verbū domini acceperant/& erant charissimi: recubens sumebam cibum. sed benignissimus Petrus considerans: ne forte michi tristitia afferret ista sequestratio/ ait ad me. Non pro superbia o Clemēs conuiuitū nō ago cum iis/ qui nondum purificati sunt: sed vereor ne forte michi quidem noceam/ ipsiis autē nichil profici. hoc enim pro certo scire te volo: quia omnis qui idola coluit alii quando/quos pagani nominant deos/ vel de immolatis eorum degustauit/spiritu immundo non caret. conuiua enim factus est demonum: & participium sumpsit illius demonis/cuius in mentem suam speciem vel timore formauit. & per hec mundus non est a spiritu immundo: & ideo purificatione indiget baptismi/ vt exeat ab eo spiritus immundus/ qui interiores anime ipsius infestus affectus. & quod est detestans: nec quod intrinsecus lateat iudicatur/ vii ne publicatus fugetur. amant enim isti spiritus imundi inherere corporibus hominū: vt ipsorum ministerio/cupiditates suas expleant / & ad ea que ipsi desiderant inclinantes anime motus / suis eos parere libidinibus cogant/ vt efficiantur ex integro vasa demonū. ex quibus unus est Simon hic: qui tali quodam morbo comprehensus/nec sanari iam potest (quia voluntate & proposito egrotat) nec contra voluntatem eius habitat in eo demon. & ideo si eum quis fugare velit & expellere ab eo/cum sit inseparabilis & (vt ita dicam) anima eius iam effectus: videbitur magis necare eum/& homicidii crimen insurrere. Nemo ergo vestrum contristetur qd uiuo nostro separatus tempore ali-

Simon mag<sup>o</sup>.

PETRVS

Simō magus,

PETRVS

quo. obseruare debet vnuſquisq; sane: quanto ipſe voluerit. paruo enim tempore  
ſequeſtratur/qui cito voluerit baptizari: multo/ qui tardius . Vnuſquisq; ergo in  
ſua habet potestate : breue aut longum penitentie tempus exigere . et ideo in vo-  
bis eſt: quādo velitis ad noſtrā conuenire mensam. & non in nobis: quibus per-  
miſſum non eſt cum aliquo ſumere cibum / niſi priuſ fuerit baptizatus . Vos ergo  
magis nos prohibetis a veftro conuiuio : ſi ad purificandum moram habeatis/ &  
tardius baptizamini. hiſ dictis cum benedixiſſet cibum: ſumpliſ. & poſt hec cū gra-  
tias egifſet deo : ingressus quieuit . ſimiliter autem & nos omnes . erat enim iam  
nox.

**R**ecognitionum Petri apostoli  
Libri secundi  
FINIS.

**T R E C O G N I T I O N V M**  
**P E T R I L I B E R**  
**T E R T I V S .**

Cap.I.

Nterea gallorum cantibus ſurgens : excitare nos volēs/ inuenit vigi-  
lantes/ vespertino adhuc lumine perdurante. cūq; ex more ſalutatſet/  
et reſediſſem⁹ omnes: ita exorsus eſt . Nichil eſt diſſicilius fratres mei:  
q; de veritate apud permixti populi multitudinem diſputare. quod  
enim eſt : omnibus (vt eſt) dici non licet/ propter eos qui maligne & iſidiode au-  
diunt. fallere autem non expedit/ propter eos/ qui ſincere audire diſiderant veri-  
tatem. quid ergo faciet: cui ad indiscretum populum ſermo eſt : occultet quod verū  
eſt . & quomodo iſtruet eos qui digni ſunt : ſed ſi meram proferat veritatem iis  
qui ſalutem conſequi non diſiderant: illi a quo miſſus eſt iniuriām facit . a quo &  
mandatum accepit: ne mittat verborum eius margaritas ante porcos & canes/ qui  
aduersus eas ſophiſmatibus reluctantis / ipsas quidem ceno intelligentie carnalis in-  
vouiant / latratibus autem suis & reſponſionibus ſordidis rumpant / & fatigent  
predicatores verbi dei . propter quod & ego in plurimis circuitu quodam vtens/  
temperare nitebar : ne principalem de ſumma diuinitate intelligentiam minus di-  
gnis auribus publicarem. Et poſt hec incipiēs de patre & filio & ſpiritu ſanto/ bre-  
uiter nobis & euidenter exposuit: vt omnes audientes miraremur/ quomodo ho-  
mines (veritate derelicta) conuerſi ſunt ad vanitatem . ſed cum illuxiſſet dies / in-  
gressus eſt quidam dicens: multitudi plurima expectat in atrio / in quorum  
medio ſtat ſimon/ perſuasionibus pefſimis preuenire aures populi cupiens .

Et Petrus statim egressus: stetit in loco in quo pridie disputauerat. omnisq; po-  
pulus ad ipsum conuersus: cum gaudio intendebat in eum. ¶ Simon vero vbi  
sentit populum de conspectu Petri gauisum esse/& erga affectum eius moueri: ob-  
stupefactus ait. Miror hominum stulticiam: qui me magum dicunt/& Petrum dili-  
gunt. cum vtq; olim habentes noticiam mei: me magis diligere deberent. & ideo  
ex hoc indicio: qui habet sensum possunt intelligere/ quia magis Petrus magus vis-  
detur esse. cum nichil cui ex consuetudine debitus propemodū est: nō defertur af-  
factus. Illi autem cui nullo vsu debetur: abundanter expenditur. ¶ Et cum multa  
huiuscmodi Simon diceret: Petrū salutato ex more populo/respōdit. sufficit vni-  
cuiq; o Simon ad confutandū/consciētia sua. quod si hoc miraris q; noti non solū  
non te diligant/ sed & odertunt: tui causam disce a me. cum sis seductor: veritātē te  
predicare profiteris. ob hoc plures desiderium gerentes discende veritatis: amicos  
habuisti. sed illi vbi contraria vite quā profitebaris/viderunt(quia amatores erant  
vt dixi/veritatis) non solum non diligere/ sed & odisse ceperunt. nō autem statim  
ab eis desertus es: quia vel pollicebaris adhuc te eis ostendere posse quod verū est.  
donec ergo nondum aderat qui posset ostendere: patiebātur te. vbi vero spes eis  
doctrine melioris arrisit: te contēnentes/quod melius intelligūt esse/ desiderant. &  
tu quidem nefariis artibus agens/ab exordio te latere posse credidisti: sed nō lates.  
argueris enim/& contra spem publicaris. quia non solum ignorasti veritatem: sed  
nec audire quidē voluisti ab iis/qui eā sciebant. Si enim audire voluisses: innotuisset  
vtq; tibi ille sermo eius qui ait/quia nichil est occultū quod non agnoscat/ neq;  
opertum quod non reueletur.

Cap. II.

¶ Ec & his similia dicente Petro: Simon respondit. Nolo me verbis occupes  
Petre: repeto abs te q; hesterno promiseras. dicebas enim ostendere te posse:  
quia lex doceat de immensitate lucis eterne. & q; duo tantum sint celi:& ipsi creati.  
sed superiorem locum/esse lucis illius sedem: in qua solus in eternum residet ineffa-  
bilis pater. ad illi⁹ autem celi similitudinē: factum etiam esse illud visibile celū quod  
& transitum confirmabas. vnu ergo dixisti esse patrem omnīū: quia nō possunt  
duo esse immensa/ alioqui neuter eorum immensus erit. quia in eo quo alter subsi-  
stit/alter finem subsistendi faciat. Si ergo hec non tantū polliceris/ sed & ostendere  
potes ex lege: omittens plura loqui/hinc incipe. ¶ Et Petrus. Si propter te inquit  
qui ad contradicendum tantummodo venis/ rogarer de his dicere: nūq; a me vnu  
saltē possis audire sermonem. sed quia necesse est agricolam qui vult bonam ter-  
ram seminare/ nonnulla semina perdere etiam in petroliis/ aut in iis que ab hominī-  
bus conculcanda sunt/ vel in dumosis ac repletis sentib⁹ locis(ut & magister noster  
exposuit: diuersitates propositi vniuersiūq; anime/ per hec indicans) non mora-  
bor. ¶ Tum Simon. Videris nichil inquit irasci. quod si ita est: nō necesse est inire  
conflictum. ¶ Et Petrus. Video te sentire q; arguendus sis:& vīs vrbane subterfu-  
gere certamen. nam quid vidisti me iratū fecisse in te hominem vnum/ tantum po-  
pulum decipere cupientem/ & cum nichil habeas quod dicas modestiam simulan-  
tē/ qui & autoritate tua iubes vt quomodo ipse vis/ & non quomodo ordo po-  
stulat controuersia moueat? ¶ Et Simon. Imperabo michi ipsi patientia vti/ad  
imperitiam tuam: vt ostendam te quidem populum velle seducere/ me autem do-  
cere que verasunt. sed nunc omitto de immensa luce discutere: quod interrogō te/  
hoc michi respōde. Cū deus fecerit vniuersa vt tu dicis/vnde est malum. ¶ Et Pe-

Simō magus

PETRVS

Simō magus

PETRVS

Simō magus  
PETRVS

Simō magus

PETRVS

trus; Hoc me interrogare/aduersantis nō est sed discentis. si ergo vis discere: confitere. vt prius te doccam: quomodo debeas discere. & cum didiceris audire: tunc te incipiā consequenter docere. si vero non vis discere tanq̄ sciens omnia: ego pri⁹ expono fidē quā predico/expone & tu quod tibi verū videſ . & cū manifesta fuerit vtriusq; professio: iudicetur ab auditorib⁹/ cuius sermo nostrū sit veritate subnixus.

**Simō magus** PETRVS  
Et Simon ad hec respōdit. R̄isus michi est. ecce q̄ promittit:qd̄ me da ceat. verūramē patiar te/& imperitiā tuā atq; arrogatiā ferā. Cōfiteor/ discere volo: videamus quomodo me posſis docere. Petrus inq̄. Si vere vis discere: disce hoc primū q̄ iperite interrogaueris . aīs enim cū deus vniuerſa creauerit: vnde est malū: ante enim q̄ hec interrogares: tres interrogādi species precedebāt. primo sī est malū. secūdo qd̄ sit malū. tertio cuī sit. & post vnde sit. Ad hec Simō. o imperitissime inq̄ & incōditissime: est ne hominū q̄sq̄ q̄ nō cōfiteatur/ quia sit in hac vita malū: Vnde & ego putās te vel cōmunē omnī habere sensū: interrogauī vnde sit malū/ nō vt discere volens (quoniā omnia scia) abs te precipue/ q nichil noueris: sed vt te ostēdā ignarū esse omniū. & ne putes qa iratus sum/ q̄ ita tecū austeri⁹ loquor: miseratio me habet horum qui adsunt/ quos tu decipere conaris. Et Petrus ait. Multū malus es/si fātas iniurias nō iratus facis. sed impossibile est fumū nō cōsurgere: vbi ignis est. verūtamen dicā: ne te verbis videar occupare/ quo minus ad ea que abs te incōuenienter sunt dicta respondeā. Aīs omnes fateri: qa sit malū. quod vtiq; falsum est . nā primo omniū q̄ sublīstat malū : vniuerſa hebreorū negat ges.

**Simō magus.** PETRVS  
Et Simon interrupto eius sermone: recte inq̄ faciūt qui dicūt non esse malum: Et Petrus. Non de hoc nūc proposuimus dicere: sed qa non omnes dicūt esse malū. secūdū autē erat interrogare te/ quid est malū/ substantia an accidēs/ an aī⁹/ sed & talia multa huiusmodi: & post hec erga qd̄/ vel quomodo sit/ aut cuī sit malū: vtrū deo an angelis/ an hominib⁹ piis an impiis/ omnibus an aliquibus/ an si bi ipsi an nulli: & tūc interrogares vnde sit: vtrū nā ex deo an ex nichilo/ semp ne fuerit an ex tépore ceperit/ vtile sit an inutile: & alia multa: que huiuscemodi propositio exigit.

Ad hec Simon respondit. Ignōce michi: errauī de prima interrogātione. sed puta me nūc primū interrogare/ malum est an non? Et Petrus ait. Quomodo interrogas: quasi discere volens an docere/ an questionis mouēde gratia: si quasi discere volens: habeo q̄ te prius doceā/ vt per consequentiā & ordinē doctrine veniens/ex ipso intelligas quid sit malū. si vero vt docens proponis: nō indīgeo abs te doceri. habeo enim magistrū a quo omnia dīdicī . quod si questionis mouēde & disputādi gratia: vterq; nostrū prius quod sibi videtur exponat/ & ita certamen habeatur. Ne q̄ enim verū est vt interroges quasi discere volens/ & contradicas vt docens/ vt post respōsionem meam in tuo iudicio sit dicere si bene an male dixerim: propter quod nō potes in loco cōtradicētis stās/ iudex esse eōū que dicimus. & ideo (vt dīxi) si certamē habēdū es: vterq; nostrū quod sentit exponat/ & nobis in conflitu positis religiosi auditores hi/iusti iudices erunt.

Et Simon. Non tibi viderur absurdum: vt imperitus populus de nostris diētis habet iudicium: Et Petrus. Non ita est. quod enim vni fortasse minus liquet: inuestigari a pluribus poterit. nam sepe etiam: fama vulgi prophetie speciem tenet. super hec autem omnia presens hic omnis populus / amore dei cōstrīctus hic astat/ vterq; cognoscēdi gratia: & ideo omnes isti quasi vn⁹ est habēdus/pro vno eodē erga amorem veritatis affectu. sicut econtrario: duo inter se si dissentiāt/ multi sunt

et diuersi. si autem vis indicium capere/quomodo ois hic populus qui astatat quasi unus est homo : ex silentio eius ipso/& quiete considera. quomodo cum omni patientia vt vides/etiam anteq̄ discant: veritati dei honorē deferūt. nondū enim maiore cultūr: quē ei deferre debeant/didicerūt. propter quod spero de clemētia dei: q̄ religiosum propositū mentis eorū amplectetur erga se/& veritateē predictantī/victorie palmā dabit. & manifestū eis faciet veritatis preconē. ¶ Tū Simon. de quo inquit vis haberi certamen/ dīc: vt & ego definiā quod michi videtur/& ita questio incipiat. ¶ Et Petrus respondit. Si quidē vt michi videtur facere vis: ego secundū magistri preceptū fieri volo. qui primo omniū hebrei gēti (quā sciebat habere cognitionē dei:& q̄ ipse esset qui fecerit mūdū) precepit non vt eū quereret quē sciebat/ sed vt voluntate eius/iusticiāq̄ perquereret. scīes qa in hominū arbitrio positum est: vt hoc querentes inueniant & faciant/ atq̄ obseruent ea de quibus iudicandi sunt. Et ideo iussit nos querere non vnde sit malū (vt tu paulo ante requirebas) sed iustum bonū dei/regnūq̄ eius/& omnia(inquit)hec adiicientur vobis. ¶ Et Simon. Quoniam inquit hebreis ista mandantur velut certo scītibus deum/& opinātib⁹ q̄ vnuſquisq̄ in suo arbitrio habeat agere ea de quibus iudicādus est / mea autem ab illis sententia discrepar: vnde vis incipiam?

Cap.III.

Simō magus

PETRVS

t Vm Petrus. Ego suadeo primū querendū esse: si in potestate nostra est scire vnde iudicandi sumus. ¶ Et Simon. Nō ita: sed de deo. vnde & id omnes qui presto sunt: audire cupiūt. ¶ Et Petrus. Cōstat ergo apud te: q̄a est aliquid in arbitrii potestate facere? hoc tantū si est: regram⁹ vt dicis de deo. ¶ Simon ad hec respōdit. nequaq̄. ¶ Et Petrus. Si ergo nichil est in nostra potestate: superflū est nos aliquid querere de deo . cum in potestate non sit creditibus inuenire. vnde bene dixeram hoc primo querendū esse: si est aliquid in arbitrii potestate. ¶ Tū Simon. Non possumus inquit/ne hoc ipsum quidē intelligere quod dicis: si est aliiquid in arbitrii potestate. ¶ At Petrus videntis q̄ ad partē cōtentiosiorē declinat/ superari metuēs/ vt quasi in icertū cōfundat omnia: respōdit. quomodo ergo scis quia non est in hominīs potestate scire aliquid: cū hoc ipsum scias? ¶ At Simon. Nescio inquit si vel hoc ipsum sciam. Vnuſquisq̄ enim sicut fato decernitur: aliqd vel intelligit vel patitur. ¶ Tū Petrus. Videte (inquit) fratres in que absurda deciderit Simon: qui ante metū aduentū docebat/ q̄ homines in potestate haberent & sapere/& facere quod vellēt. nūc in angustū redactus necessitate verborum: negat esse in hominīs potestate/aut sentiendi aliquid aut agēdi/& tamen audet se doctorē profiteri. sed dīc: quomodo ergo iudicat deus vñiquēq̄ secundum veritatē pro actibus suis/si agere aliquid/in potestate nō habuit: hoc si teneatur: conuulta sunt omnia/frustra erit studium sectandi meliora. sed & iudices seculi frustra legib⁹ presunt: & puniūt eos q̄ male agūt (nō enim in sua potestate habuerūt vt nō peccaret) vana erūt & iura populorū/que malis actibus penas statuūt. miseri erūt & ii qui seruāt cū labore iusticiā: beatī vero illi qui in deliciis positi/cū luxuria & scelere viuētes/tyrannidē tenēt pecudū. Secundū hec ergo: nec iusticia erit/nec bonitas/nec villa virtus/& (vt tu vis)nec deus. Sed hec o Simon cur dixeris scio: volēs profecto effugere q̄stiones:ne possis manifestū cōfutari. & ideo aīs nō esse in potestate hoīs sentire aliqd aut iuenire. si enī vere hoc ita sēliss̄: nō vtq̄ etiā āte aduētū metū apud populū te pfitereris doctorē. ego igit̄ dico:sui esse arbitrii hoīem. ¶ Et Simō. qđ est sui arbitriū: dīc nobis: ¶ Petr⁹ ad hec. si nichil potes dicere:cur & audire vis:

Simō magus.

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

Simō magus

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

- Simon mag<sup>9</sup>. ¶ Et Simon, nichil habes: ad hec quod respondeas. ¶ Tum Petrus. dicā nō a te  
PETRVS compulsus; sed ab auditoribus rogatus. Arbitrii libertas: est sensus anime/habens  
Simon mag<sup>9</sup>. virtutem qua possit ad quos velit actus inclinari & ire. ¶ Tum Simon collaudans  
Petrū super iis que dixerat: vere inquit magnifice & incóparabiliter exposuisti. be-  
ne enim dicenti tibi: debedo testimoniū dare. hoc tamen quod te interrogo nunc/si  
exposueris michi: in ceteris omnibus obtéperabo tibi. quod ergo volo dicere hoc  
est/si quod deus esse vult/est & si quod non vult esse non est: de hoc respóde mi-  
chi. ¶ Et Petrus. si ignoras q̄ absurdē & incópetenter interrogas: ignoscens tibi  
ip̄si/exponam. si autem scis q̄ inconsequenter interrogas: non recte facis. ¶ Tum  
Simon. Iuro inquit ipsam(quecunq̄ illa est)summam diuinitatem/que habet iudi-  
cium & vindictam in eos qui peccāt: quia ignoro quid incópetēter dixerim/& qd̄  
in verbis meis habeatur absurdū/in iis dūtaxat que proposui. ¶ Ad hec Petrus.  
quoniā inquit te ignorare cōfessus es: disce. Interrogatio tua duabus sibi inuicē cō-  
trariis/vnā sententiā postulauit. & enim omnis motus in duas ptes diuiditur: vt qdā  
necessitate/quedā volūtate moueātur. & ea quidē que necessitas mouet/semper in  
motu sunt: que vero volūtas/nō semper . vt verbi gratia dicā: solis motus necessi-  
tate ducitur vt statutū cōplete cursum/omnesq̄ celi status & ministeria/necessariis  
motibus cōstant. homo vero actuū suorū mot⁹ volūtarios gerit. & ideo alia sunt  
que ob hoc creata sunt: vt in ministeriis suis necessitate deseruant/nec facere aliud  
qppiā possint:nisi quod eis statutū est . cū autē expleuerint ministeriū: creator om-  
niū qui ita cōstituit ea/prout voluerit/cōseruat ea. Alia vero sunt vbi potestas est  
volūtatis/& in qbus agēdi que velint liberū habetur arbitriū : & hec (vt dixi) non  
semp in eo ordine quo creata sunt manēt/sed prout volūtas duxerit & animi iudi-  
cū declinauerit/sive bonis sive malis studebūt.& ideo bene agentibus munera po-  
sunt: male agētibus penas. Ais ergo tu: si deus vult/aliqd esse & est/& si nō vult nō  
est. scilicet vt si respōderē quia quod vult & est/quod autē non vult non est: dice-  
res/ergo ipse vult mala que in hoc mūdo gerūtur. q̄a omne quod vult hoc & est:  
quod autē nō vult nō est. si vero respōdissem non esse hoc/ vt quod vult de⁹ sit/  
& quod nō vult nō sit: tū retorto sermone dices/ ergo impotē est deus si quod  
vult non potest. & existeres petulātor: vt qui nichil rectum dixeris / vicisse te cre-  
deres. & ideo ignoras o Simon/& valde ignoras: quomodo in singulis quibulq̄  
volūtas sit dei. Quedā enim voluit (vt diximus) ita esse vt aliud esse non possint q̄  
id quod ab ipso iſtituta sunt: & his neq̄ premia neq̄ supplicia statuit ea vero que  
ita esse voluit: vt in sua potestate habeāt agere quod velint: his pro actib⁹ & volū-  
tati bus suis statuit/ vt aut remunerationem mereātur aut penas. cū ergo in duas vt  
edocui partes diuīdātur cūcta que mouentur/secūdū eā(quā supradiximus) diuin-  
ctionē: omne quod vult deus/est/& quod nō vult/non est. ¶ Et Simon ad hec.  
Simō magus. Nonne poterat nos omnes facere tales: vt essemus boni/& aliud esse nō possem⁹:  
PETRVS ¶ Petr⁹ respōdit. Et hoc absurdē iterrogas. si enim nos incōuertibilis nature fecis-  
set & imobiles a bono: nō essemus vere boni/q̄ aliud esse non possem⁹.& nō erat  
nostrī propositi q̄ eram⁹ boni/nec nostrū erat quod agebam⁹: sed necessitatis na-  
ture. quomodo ergo hoc bonū dicit: quod ex proposito nō agit: ob hoc autē &  
plilixirib⁹ indiguit mūd⁹ iste téporib⁹: donec aīarū q̄ pdestinate sunt/ad expletio-  
nē eius numerus impleretur/& tunc istud quidem visibile celum reuelaretur vt li-  
ber/illud vero quod est superi⁹/appareret/& anime beatorū corporib⁹ suis reddi-

te/inducerentur in lucem/impiorum vero anime pro immundis actibus suis/spiritu flâneo circulate in profundū ignis inextinguibilis mergeretur/per seculum expensisure supplicia. hec autē ita esse: ver⁹ nobis propheta testat⁹ est. de quo si vis agnoscere/quia propheta sit: innumeris assertionibus edocebo.ex iis enim que ab eo dicitur sunt & nūc singula que dixit implentur: etiam ea que futura dixit/ creditur in plenda. fides enim futuris: ex iis que iam gesta sunt/datur. ¶ At Simon/cui compertum erat/Petrum de prophetie titulo/dilucide assignare rationem/ex quo que sit omnis absoluſt: sermonē de hoc fieri declinavit/& respōdēs ait. Ad ea que vobis responde michi: & dic si visibile istud (vt aīs) celū resoluetur/cur ex initio factū? ¶ Et Petrus. propter hominū presentē hanc factum est vitam: vt esset interiectio quedam & diuīſio. ne quis forte indignus: habitationē celestium & dei ipsius sedē videret. que iis solis/qui mundo corde sunt: videnda preparantur. nunc autem (id est agonis tempore) inuisibilia esse placuit ea: que vincentibus ad premiū destinata sunt. ¶ Et Simon ait. Si conditor bonus & mundus bonus est: quomodo bonus bona dissoluer aliquādo? si autē dissoluit quod bonū est: quomodo ipse bonus videbitur? si autem quasi malum dissoluit & destruit: quomodo non videbitur malus/qui malum fecit: ¶ Petrus ait. Quoniam inquit respondem⁹ tibi ne blasphemantem te fugiamus (ipse enim reddes pro iis que loqueris / rationē) patienter ferimus. Audi ergo nūc. Celū istud quod visibile est & pertransit: si qđe propter se met ipsum factū esset/ haberet fortassis quod dicis aliquid rationis/ quia resoluti minime deberet. si vero propter aliud qđ factū est/& nō propter se: necessario soluet/ vt illud pro quo factū videtur/appareat. sicut verbi gratia dixerim: testa onorū q̄uis pulchre facta & diligēter formata esse videatur/ necesse est tamē eam frāgi & resolvi/ vt inde pullus procedat/& illud pro quo totius oīi forma expressa videtur/appareat. ita ergo & huius mūdi necesse est transire statum; vt status ille sublimior regni celestis/effulgeat. ¶ Et Simon. Non michi videtur quia resoluti possit celum: quod a deo factum est. ab eterno enī eterna fiūt: a corruptibili temporalia & caduca.

¶ Et Petrus. Nō ita est. sed a mortalibus quidē omnimodis corruptibiliā fiunt & temporalia: ab eterno vero nō semper corruptibiliā/neq̄ semper incorruptibiliā/ sed prout voluerit creator deus/ita & erūt illa q̄ creat. necq̄ enim sub lege est virtus dei: sed lex creatoris/voluntas eius est. ¶ Et Simon. Reuoco te inquit ad primā questionē. dixisti deū nunc quidē nullī esse visibilem : cū vero resolutū fuerit celum istud/& supernus ille status regni celestis effulserit: tūc eos qui mundi sunt corde/ etiam deū visuros. que sententia cōtraria est legi. ibi enim scriptum est: deū dixisse: nemo videbit faciē meā & viuet. ¶ Petrus respondit. Is qui legē nō ex traditione Mosis legunt: contrarius videtur sermo meus. sed audi: quomodo nō sit cōtrari⁹. deus videtur mente nō corpore/spiritu nō carne. vnde & āgeli qui sunt spiritus: vident deū. & homines donec homines sunt: deū videre nō possunt. ex resurrectione autem mortuorū cum facti fuerint sicut angelis: videre poterūt deum. & hoc modo nō est sermo meus legi cōtrarius: necq̄ illud quod magister meus dixit/beati mūdo corde: quoniam ipsi deū videbūt. futurū enim tempus ostēdit; in quo ex hominibus angeli fiēt/ qui in spiritu mentis deum videbunt.

<sup>p</sup> Ostēdit hec autē verba/multaq̄ alia his similia: cū iuramētis pluribus affirmare Simon cepit/dicēs. de hoc nūchi solū rationē redde: si imortalis sit aīa/& obsequar i oīb⁹/volūtati tue. ¶ Pet⁹ crastino ingt. nā hodie tardū est. vbi ergo cepit

Beati post resurrectionem cū corporib⁹ suis i signo iuuisibiliq̄ celo ac regione lūris futuri: ipiū vero ppetuo i regione tenebrati in profūdo igne pri nas daturi. ex sententia salvatoris.  
Simon mag⁹.  
PETRVS  
Simon mag⁹.

PETRVS

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

Simon mag⁹.

PETRVS

2VATIPI  
In quo ex hominib⁹ angeli fiēt: idē quod supra dixit fiēt sicut āgeli

Simon mag⁹.

Petrus dicere/Simon egressus est/& cum eo perpauci ex sodalibus eius/& hoc pre verecundia . ceteri vero omnes ad Petrum cōuersi/genibus positis/prosternebant se ante eū : ex quibus aliquanti diuersis lāguoribus astrieti/ aut demonib⁹ incursati oratione Petri sanabātur / & discedebant gaudentes / quasi veri dei doctrinā simul & misericordiā cōsecuti. cū ergo abscessissent turbe/ & soli familiares eius mansisse mus cum eo: stratis humi redditis/accubuimus/solitū vnuſquisq⁹ recognoscens lo cum. sumptoq⁹ cibo: cū gratias egissemus deo/quieuiimus. sequēti vero die:Petrus ex more ante lucē surgens/iam nos inuenit vigilantes/& paratos ad audiēdū. atq⁹ ira exorsus est.Precor vos fratres & conserui mei:vt si quis forte vestrū non potest vigilare/non sibi extorqueat/erubescens presentiam meam. quia difficultis est subita permutatio: lōgo autē tempore si paulatim assuefiat/labori non erit/quod ex vſu venit. non enim omnes eiusdē institutionis sumus : līcet processu temporis in vnā temperari consuetudinem poterimus. aiunt enim: q̄ secundū nature locū obtineat cōsuetudo. testem autem deum inuoco : q̄ non indignor/si quis forte non potest vigilare. sed hoc magis si cū totā quis noctem non dormiat: per diem nō replet id quod omisit in nocte.necessarium namq⁹ est doctrine studiis/intente et indefinēter operam dare:vt mens nostra dei solius memoria repleatur. quia mentem quam re pleuerit memoria dei:maligno in ea non dab̄itur locus. Cū hec diceret ad nos Petrus:vnuſquisq⁹ nostrum solicite satisfaciebat ei/ q̄ olim breui somno faciat v̄gilaremus. sed vereretur excitare eum:quia nec deceret discipulos magistro impe rare.quod tamen pene O Petre ausi fueramus presumere: dū cor nostrum nūmio verborum tuorum desiderio tr̄pudians/ somnum penitus fugaret ab oculis. sed iterum affectus erga te noster obstitit/& violēte te a nobis non tulit excitari Tū Petrus. Quoniam igitur audiēdi inquit desiderio libenter vos afferit v̄gilare vōlo vobis ea tantum que hesterno sparsim dicta sunt repetens/diligentius & cū suo ordine explicare. quod & per singulas quasq⁹ disputationes diurnas: facere disposi tio. vt (quia per noctem vbi secretum loci & tēporis datur) si quid forte vt pote in certamine minus plene dictū est: id integro ordine & linea directa explanationis aperiam. Et post hec cepit nobis ostendere:quomodo hesterno haberē debuerit sermo/ & prop̄ter contentionem vel imperitiā contradicentis haberī non potuit. & ideo sola professione vſus sit. atq⁹ ea que ab aduersario dicebātur/tantum defrogerit/sua vero neq⁹ omnia neq⁹ manifēte exposuerit. & singula nobis repetens:integro ordine & plena ratione differuit.

Cap.V.

c Vm vero iam albesceret dies: egressus ad turbas post orationem/ solito ad cōnōrib⁹ disputandū constitut loco. & videns Simonē in mediis turbis stante: ex mo re prius salutato populo/ait. Dolori mīchi esse fateor/ de nōnullis hominib⁹: q̄ cum ira ad nos veniant vt discant aliquid/vbi eos docere ceperim⁹ / ipsi rursus magistros se esse profitentur. & interrogant quidem vt ignorantes: contradicūt autē vt scientes. sed forasse dicat alius/quia qui interrogat ob hoc quidem vt dicat/ Interrogat: vbi vero id quod audierit non ei reē dictum videtur:necesse est vt respondeat. & hec videt esse cōtradictio/que nō est cōtradictio: sed rei interrogatio. Audi ergo ad hec. totius doctrine disciplina habet certum ordinē:& sunt quedam que primo tradēda sunt/alia vero que secūdo in loco/ alia que tertio/& sic singula queq⁹ per ordinē. que utiq⁹ si per consequētiā tradantur:manifēta fiunt.extra vero ordinem si proferātur: etiām cōtra rationem dicta videbūtur . & ideo in primis

PETRVS

Confocil.

PETRVS

PETRVS

PETRVS

ordo seruādus est: si tamē hoc proposito queramus/ut possimus quod querimus inuenire . etenim qui rectum initium vie acceperit: etiam secundū locū consequēter aduerteret/& ex secūdo tertīū facilius inueniet/ & quāto vltra processerit tanto magis ei via agnitionis apertior fiet/vsquequo ad ipsam quo tendit & desiderat/vrbē perueniat veritatis. qui vero īmperitus est/& querendi viā nescit : sicut peregrinus viator ignorans & errans si ciue & īdīgena nolit vtī duce/ sine dubio cū aberraue rit a via veritatis/extra vite sanctas remanebit. & ita noctis atre tenebris īnuolutus: per semitas perditionis incedet. quia ergo si per ordinem que querenda sunt/inquuntur: inueniri facilīme possunt. ordinē vero requīrendi/īmperitus ignorat;rectū est/ ut scīt cedat ignarus/& primo querendī ordinē discat/ut ita demū interrogādi ac respondēdi inueniat disciplinā. **¶** Et Simon ad hec. Non ergo omniū est veritas: sed eorū tantūmodo/qui artē nouerint disputandī . quod vtīq; absurdū est: (cū equaliter sit deus omnī) nō omnes equaliter posse voluntatē eius agnoscere.

Simō magus,

PETRVS

**¶** Et Petrus. Equales(inquit) omnes ab eo facti sunt/& equaliter cunctis dedit capaces esse veritatis: verū quod nullus eorū qui nati sunt/eruditus natus sit/sed posterior sit natuitate eruditio/nulli dubium est . cū igitur natuitas hominū ī eo teneat equitatem/ut omnes similiter percipiende discipline capaces sint: nō est in natura/sed ī eruditione diuersitas. an quis nescit: q; ea que vnuſquisq; dīdīcit/prīusq; dīsceret ignorabat? **¶** Et Simon. Vere(inquit) dicis. **¶** Tū Petrus. Si ergo ī iis artibus que vſus communis habet/primo dīscitur/ deinde docetur: quanto magis oportet eos qui eruditores se profitentur animarū/ primo dīscere & ita docere . ne cum sint ipſi īmperiti/ridiculū videatur : si aliis se prestituros scientiā repromittant.

Simon mag<sup>o</sup>  
PETRVS

**¶** Tū Simon. In artibus (inquit) iis que vſus cōmuniſ habet: verū est quod vnuſq; nīſ didicerit nesciat. ī verbo vero scientie/statim vt audierit q; dīdīcit. **¶** Et Petrus. Si quidem per ordinē & cōsequēter audiat: potest scire quod verum est. sed qui emendationis vite regulā/conuersationisq; castioris suscipere recusat/que vtīq; sequela est scientie veritatis: scire se quod scit non vult fateri . sicut etiam nōnullos videmus: qui artibus quas a puero dīdīcerant der elīctis/ad alios se actus conferūt. & vt excusatio sit his desidie ſue: culpare incipiūt artem velut īfructuosam. **¶** Et Simon. Deberent omnes audientes credere verū esse: quod audiūt. **¶** Tū Petrus. Qui audierint per ordinē sermonē veritatis: contradicere omnino nō possunt/sed sciunt verum esse quod dīcitur/si tamen libenter etiam vite instituta suscipiant.hos vero quos audītes ad bona opera cōferre se pīget: male agendi libido acquiescere ſit que recte iudicant/non ſinit. vnde ostenditur posītū esse in auditorū potestate: eligere vtrū malint. quod ſi omnes qui audiūt obedirent: nature magis eſſet necelitatis/que omnes vna ageret via. sicut enim ſuaderi quis nō potest/ vt fiat breuior/ aut longior/quia non ſinit vīs nature: ita & ad veritatē/si omnes verbo conuertētur/nature eſſet vīs/que cogeret oēs verbo cōuerti/ aut nullū omnino conuerti.

Simon mag<sup>o</sup>  
PETRVS

**¶** Et Simon. Doce ergo nos: quid primo oportet dīscere eū/ qui veritatem omnino ſcire desiderat: **¶** Et Petrus. Ante omnia inquit : queri oportet/ quid ſit homini querēti/inuenire possibile. neceſſe eſt enim iudiciū dei in hoc ſtare: ſi potuit homo bonū facere/& non fecit. & ideo querēdū eſt hominibus: ſi habeant in poſtſtate ſua querentes inuenire/quid eſt bonum . & cū inuenient: facere. hoc enim eſt pro quo iudicādi ſunt. Amplius autē hiſ ſolū ſcire fas eſt prophetiā.& merito. quid enim opus eſt hominibus ſcire: quomodo factus ſit mūdus: hec enim dīſcēda

Simō magus,  
PETRVSSimon mag<sup>o</sup>  
PETRVS

Liber

necessario viderentur: si simile ineundū nobis esset artificiū. nūc autē sufficit nobis ad cultum dei: vt sciamus quia ipse fecit mundum. quomodo autem fecerit: querēdum non est. quia (vt diximus) non nobis imminet tanq̄ simile aliquid facturis/ artis ipsius scientiam discere. sed neq; pro hoc iudicandi sumus: cur non didicerimus quomodo factus sit mūdus. sed pro eo tantum: si ignoremus conditorē eius. sciemus autem cōditorem mūdi iustum & bonū deū: si eū semitis iusticie requiramus. nam si hoc tantū sciamus / quod bonus est: huiusmodi sciētia nō sufficit ad salutē. in presenti enim tēpore bonitate eius & beneficiis perfruimur/nō solū dignis & indigni. si vero non tantū bonū/sed & iustum credamus/ & secundum hoc quod de eo credimus/in omni vita nostra iusticiā teneamus: etiam bonitate ei⁹ in eternū fruemur. deniq; hebreis qui de deo ita opinabantur q; solum bonus esset: dicebat magister noster/vt & iusticiam eius quererēt. hoc est vt scirent eum in presenti quidem tempore bonum esse/ut omnes in bonitate eius vivant: iustum vero eū futuri in die iudicii/ut dignis premia eterna restituat/a qbus excludet indignos. ¶ Et Simon. Quomodo potest vnū atq; idem:& bonū esse & iustum? ¶ Et Petrus ait. Quia sine iusticia/bonū: iniustū quodā modo videbitur. boni est enim solē suum & pluviā ex equo iustis & iniustis prebere: sed videretur iniustū si bonos malosq; equali seniper sorte céleret/& nūlī frugū causa hoc facere ( quibus perfrui equaliter omnes q; in hoc mūdo natū sunt) cōueniret. sed sicut data a deo pluviā ex equo & fruges nutrit & lolium/messis autē tēpore frumēta quideān cōgregātur in horreū/palee vero vel lolī/igni consumūtur. ita in die iudicii cum iusti introducētur in regnū dei/iniusti autem abiūcentur foras: tunc etiā iusticia dei ostēdetur. nā si equa lis perpetuo permaneret bonis & malis: iam hoc non solum bonū non esset / sed iniustum atq; iniquum videretur. aut iusti & iniusti vno apud eum haberentur ordinē meritorum. ¶ Et Simon. Vnū est de quo michi velim satis fieri: si immortalis est anima: non enim possum onus subire iusticie: nūlī prius de immo ritalitate anime sciam. que vtique si immortalis non est: nec predicationis tue poterit stare professio.

Cap. VI.

Simon mag⁹  
PETRVS

Simō magus.

PETRVS  
Simon mag⁹

PETRVS  
Simō magus.  
PETRVS

Simon mag⁹

PETRVS

t Vm Petrus. Queramus(inquit) prius/si iustus est deus. quod si claruerit: integrer profecto religionis ordo cōstabit. ¶ Et Simon. Videris tu michi quā te factas disputandī ordinē nosse: nūc contra ordinem respondisse. me enim interrogante vt ostēderes si immortalis est anima: tu aīs/primo nos querere/si iust⁹ est deus. ¶ Et Petrus ait. Valde consequenter & recte se habet. ¶ Simon. Velim discere. ¶ Petrus. Audi inquit. Nonnulli hominū blasphemantes deū/& omne vitā suā in iniusticie voluptate ducentes: in lectulis suis defuncti sunt/consecuti finem vite inter suos/& honorabilē sepulturā. alii vero deū colentes/& cū omni iusticie & sobrietate vitam suā in parcimonia cōseruantes pro iusticie obseruātia: in defertis interiere. ita vt ne sepultura qdē digni haberētur. vbi est ergo iusticia dei: si anima immortalis non est: que vel si impie egerit penas in futuro / vel si pie & iuste/ premia cōsequatur: ¶ Et Simon ait. Hoc vtq; est/quod nos incredulos facit: q; multi bene agētes/male pereunt. & rursus impie agētes/longi tēporis vitā cū beatitudine finiunt. ¶ Et Petrus. Hoc ipsum(ingt) quod te ad incredulitatē trahit: nobis certam fidē facit quia iudicū erit. etenim cum certū sit deum iustum esse: necessarium & consequens est/ aliud esse seculū/ in quo vnuſquicq; pro meritis recipiens/ iusticiam dei proberet. quod si nūc omnes homines pro meritis suis reciperent: ve-

re nos fallere videbamur dicentes futurum esse iudicium. & ideo hoc ipsum quod  
 in presenti vita non redditur vnicuique pro actibus suis : fidem indubitabilem facit scientia  
 deum esse iustum / quia iudicium erit. ¶ Et Simon. Cur ergo michi non per-  
 suaderet? ¶ Petrus ait. Quia verum propheta non audisti dicentem / querite primo  
 regnum dei & iusticiam eius / & hec omnia apponentur vobis. ¶ Et Simon. Indulge  
 (inquit) michi nolenti primo iusticiam querere / atque sciā si immortalis est anima.  
 ¶ Et Petrus. Et tu michi hoc vñtr indulge: quia non possum facere aliter quia me pro-  
 pheta veritatis edocuit. ¶ Tū Simon. Certum est (inquit) non posse te asserere / quod  
 immortalis sit anima : & ob hoc cauillaris sciens quia si mortal is probetur / radicitus  
 conuellitur religionis istius (quam eonaris afferere) tota professio. & ideo laudo quod  
 dem prudentiam tuā: non tamen probo persuasionē. multis enim persuades susci-  
 pere religionē / & libidinis subire continentia sub spe futurū bonorū : quibus eue-  
 nit / vt nec presentibus perfrauantur / & defraudentur a futuris. simili enim ut mortui  
 fuerint: etiam anima pariter extinguetur. ¶ Petrus vero hec audiens / & dentibus  
 frendens / frontemque aterens manu / & profundo dolore suspirans: ait. Astutia ser-  
 pentis antiqui / ad hominū decipiendas animas armatus : assistis. & ideo ut serpens  
 sapientior ceteris bestiis : ab initio te doctorem professus es. & rursus ut serpens /  
 multos introducere deos volebas. super quo confutatus : nullum omnino nunc  
 esse asseris deum. nam per occasionem nescio cuius ignoti dei : conditorem mundi  
 deum negasti. sed eum vel malum esse vel multos habere sibi equales / vel omnino  
 (ut diximus) non esse deum confirmabas. post hec cum etiā in hoc superatus fuisses  
 animā nūc asseris esse mortalem / vt ne futurū spe / recte iusteque vivatur. nā vtiquid  
 si desperantur futura: quid nisi absidatur misericordia / luxurie indulgeatur & vo-  
 luptatibus / ex quibus omnē consurgere iniusticiā constat: & cum tante impietatis do-  
 ctrinā misere huic introducas mortalitatem vite: te ipsum piū / me impium vocas. quasi  
 qui homines non sinam sub spe futurū bonorum arma corrīpere & impugnare  
 se inuicem / diripere ac subuertere vniuersa / & moliri omnia que libido dictauerit.  
 & quis erit iste vite status / qui a te introducitur: vt pugnant homines & impugnat-  
 tur / & vt irascatur / & perturbentur & semper in metu vivant: necesse est enim eos  
 qui alii infestū mala: etiam ipsos sperare similia. vides ne te ducē perturbationis &  
 non pacis / iniquitatis & non equitatis existere: Verum ego non quasi qui ostendere  
 non possim immortalem esse animam: simulauī iracundiam / sed miseror animab⁹  
 hominū / quas tu decipere eonaris. dicam ergo sed non quasi te cogente: scio enim  
 quomodo dicam. & solus eris: qui de hoc non tam persuasionē indigeas quia cōmo-  
 ditione: eos autē qui vere ignorant: docebo ut cōuenit. ¶ Tū Simon. Si irasces-  
 sis (inquit) non interrogabo / nec audire volo. ¶ Et Petrus. Tu siquidem nunc oc-  
 casiones queris subterfugiendi: habes licentiam: & sine occasione cuiusque. Omnes  
 enim audierunt / te nichil recti dicentem / nec potuisse aliquid confirmare: sed ob hoc  
 tantū interrogasse / vt contradiceres / quod qui quis facere potest. quid enim difficile  
 est post euidentes assertiones respōdere: nichil dixisti. vt autem scias quia possum tibi  
 uno sermone ostendere quia immortalis sit anima: interrogō te verbū / quod oēs norūt.  
 responde michi: & uno sermone tibi immortalem esse comprobabo. ¶ Tū Simon.  
 Qui iam occasionem sibi vīsus fuerat inuenisse ex iracundia Petri / vt discederet: testi-  
 tit / pro eo quod mirū ei aliquid promittebatur / & ait. Interroga me: vt tibi respon-  
 deam / quod omnes norunt. & audiam uno vt pollicitus es sermone: quomodo

PETRVS  
 Simon magus  
 PETRVS  
 Simōmagus

PETRVS  
 Simon magus  
 Organū magus  
 ligni.

PETRVS

PETRVS

Simō magus  
 PETRVS

Simon magus

PETRVS

anima immortalis sit.

Simō magus.

PETRVS

Simon mag.

PETRVS

Simon mag<sup>9</sup>

PETRVS

Simon mag<sup>9</sup>

Blasphemie

Simonis ma-

gi.

e T Petrus. Dicā ita vt pre ceteris omnibus tibi magis probetur: responde ei go michi/ quid est quod incredulū magis suadere potest visus an auditus? ¶ Et Simon. Visus. ¶ Tū Petrus. Quomodo ergo a me vis discere verbo: quod tibi re ipsa probatur & visu. ¶ Et Simon. Nescio(inquit) quomodo dicas. ¶ Et Petrus. Si nescis: perge nūc in domū tuā/ & ictus interitus cubiculū / videbis ima ginē positā/ cōtinētē pueri violēter necati effigie purpura coopertam. Ipsam interrogā: & docebit te vel respōsione vel visu. quid enim op<sup>9</sup> est audire ab ea si imortalis sit anima: cum astare eā videas presentem: si enim nō esset: nec viderī vīcīs poterat. quod si nescis (quam dico) imaginē: hinc euēstigio cū aliis decem viris ex iis qui presentes sunt/eamus ad domū tuā. ¶ Et Simon hec audiens/ & cōsciētia percussus/ colore mutato: exanguis effectus est. extimuit enim: ne forte si negaret/ perscrutaretur domus eius. aut ne indignās Petrus: manifestius eū proderet/ & omnibus q̄s esset innotesceret/ ita respōdit. obsecro te Petre per illū deū bonū/q̄ in te est: vt vincas maliciā que in me est. suscipe me ad penitētiā: & habebis me adiutorem predicationis tue. nūc enī/vere rebus ipsis dīdici: q̄a veri dei propheta es. & ideo secreta hominū solus/ atq̄ arcana cognoscis. ¶ Et Petr<sup>9</sup> ait. Videntis fratres Simonē penitētiā petentē: paulo post videbitis eū rursus ad infidelitatē suā reuerti. putans enim me prophetā esse/pro eo quod publicauī mala eius / que in secretis habebat & in occultis: penitentiā le acturū promisit. me autē mētiri fas nō est. neq; enim vt infidelis hic saluetur aut non saluetur: ego fallere debeo. testor enim celū & terrā/ quia nō prophetice dixi/que dixi/vel que quantū possibile erat turbis audientibus indicauī: sed a quibusdam qui tūc ei fuerant socii in operibus suis/nūc autē cōuersi sunt ad fidē nostrā/quid ei in secreto gestū sit/didici. cognita ergo/non precognita locutus sum. ¶ Simon vero vt hec audiuit: maledictis & conuictis aggreditur Petrum dīcēs. O nefandissime omniū & dolosissime: cui victoriā fortuna/nō veritas dedit. ego nō pro penuria scītē penitentiā petui: sed vt tu putās me per penitentiā discipulū tuū fore/omnia secreta professionis tue concrederes michi/ vt ita demū te cūtis agnitis/cōfutarē. Sed vt callidus intellexisti/ quā ob causam penitūdinē sum laſsem:& acquicuisti tāq; meū nō intelligeres dolū/ vt prius me apud populū expōneres quasi imperitū. tū deinde preuidens q̄ ego ita populo expositus/ necesse ha beo indignari/& cōfiteri me non vere penitūdinē gerere: preuenisti/ vt dices me ad infidelitatē mēā post penitentiā regressurū/ vt ex omni parte viciſſe videreris/& si permanerē in penitentia quā profetius fueram/ & si nō permanerē. vt tu sapiens videreris quia ista preuideres: ego autē deceptus viderer/ q̄a tuū nō preuidi dolū/ tu vero mēū preuidēs/calliditate vīsus circūscriplisti me. sed vt dixi: fortune est non veritatis ista vīctoria. Scio tamē cur ego ista nō preuidērī: quia altās locū sum tibi per bonitatē mēā/& patiēter egī tecū. nūc autē tibi ostendā diuinitatis mee potentiatā: vt repente procidas & adores me. ego sum prima virtus/qui semper & sine initio sum. ictus autē vīctiā Rachel natus sum ex ea vt homo: quo ab hominib; vīderi possem. ego per aerē volauī: igni commixtus/vnū corpus effect<sup>9</sup> sum. statuas moueri feci: animauī exanimata.lapides: panes feci. de monte in monte volatu trāſmeauī: mānibus angelorū sustētatus ad terras descendī. hec nō solum feci: sed & nūc facere possum/ vt rebus ipsis probē omnibus/ q̄a ego sum filius dei sīas in eternū/& credētes michi/similiter stare imperpetuū faciā. tua autem verba vana

sunt omnia: nec vnu potes opus ostendere veritatis. sic & ille qui misit te magus: qui nec seipsum potuit liberare de crucis pena. ¶ His dictis a Simone: Petrus respondit. Ne aliis aliena. tu enim q̄ sis magus: ex ipsis que gessisti confessus es & manifestatus. noster autem magister qui est filius dei & hominis: manifeste bon⁹ est. q̄ autem vere sit filius dei: quibus oportuit dictum est / & dicetur. tu autem si non vis cōfiteri q̄ magus es: cum omni hacturba pergamus ad domū tuam / & tunc apparet quis sit magus.

Cap.VIII.

**h** Ec autem Petro dicente: Simon blasphemias & maledictis agere cepit: vt seditione facta/perturbatis omnibus argui non posset / & Petrus quasi blasphemie causa secedes/ victus videretur. Sed persistit Petrus / & arguere eum vehementius cepit. Tunc populus indignatus/ Simonē atrio electū/ extra ianuā domus pepulit/ eūq̄ depulsum vnu secutus est solus. Facto autem silētio : Petrus alloquī populum hoc modo cepit. Patiēter fratres malos ferre debetis: scientes q̄ deus cū possit excidere/patitur tamē durare vsc̄ ad prestitutū diē / in quo de omnibus iudicium fiet . quomodo ergo nos non patiemur: quos patitur deus : cur autem non & fortis animo illatas ab eis toleremus iniurias : cū suas ille qui potest omnia/non vlciscatur: vt & ipsius bonitas: & malorū noscatur impietas. verū si non inuenisset Simonem malignus ministrū sibi: inuenisset aliū sine dubio . necesse est huic seculo venire scādala, ve tamē illi: per quē veniūt . & ideo magis defledus est Simon: q̄ vas electionis est factus maligno. quod vtq̄ non fuisset: nisi potestate in eum pro peccatis prioribus accepisset . nam inde quid dicā : q̄ & Iesu nostro crediderat / & q̄ immortalis esset anima/sibi ipsi persuasit. quāuis in eo deludatur a demonib⁹: tamen persuasit sibi q̄ pueri violenter enecati habeat animā ministrantem sibi/ad quecūq̄ voluerit. In quo vere (vt dixi) a demone illuditur. & ideo ego secundū ea que ipsi videbantur: locutus sum ad eum. nā a iudeis dīdic̄t quod sit iudicium / & vltio proferenda aduersus eos qui cōtra veram fidē veniūt/nec penitūdinem gerunt: sed illi sunt qbus malignus tāq̄ perfectis in sceleribus apparet/ vt decipiat eos/ ne aliquādo ad penitūdinem cōvertantur. vos ergo quī ad deū conuertimini per penitentiam: curuate ei genua. Hec cū dīxisset: omnis multitudo genua flexit deo. Et Petrus respiciēs ad celum/ cum lachrimis orabat super eos/ vt deus pro sua bonitate suscipere eos dignaretur confugientes ad se . & postq̄ orauit & precepit vt die postera maturius conuenirent: multitudinem missam fecit.

Cap.VIII.

**t** Vm deinde secundū consuetudinē cibo sumpto : quievimus. Igitur Petrus solita noctis hora cōsurgēs: iuenit nos vigilates. & cū ex more nos salutās/ coedisset: prim⁹ Niceta ait. Si permittis mi domine Petre: habeo quod interrogē. Et Petrus. permitto inquit: nō solū tibi/sed & omnibus . & nō solum/modo: sed & semper. vt vnuquisq̄ quod eū mouet & partē quā dolet in animo fateatur: vt possit consequi medicinā. que enim silentio contegūtur/nec innotescunt nobis: veluti multi tēporis vicia/difficile curātur. & ideo quoniā tacētibus/non facile potest medela oportuni & necessarii sermonis adhiberi : proferre debet vnuquisq̄/in quo anim⁹ per ignoratiā lāguet. tacenti vero dare remediū:solitus est dei. possum⁹ autem & nos : sed circuitu multi tēporis . necesse est enim/ut sermo doctrine ab initio per ordinē currēs/& singulis qbusq̄ questionibus obuiās: cūcta aperiat/ & cuncta disoluat/ & pueniat etiā ad hoc quod vnuquisq̄ in animo suo regrit. sed hoc (vt dixi) multū tēporis fieri potest. nūc autem quod desideras; interrogā. ¶ Et Niceta ait.

PTRVS  
Christus filius  
dei.

Simon mag⁹

PETRVS

Simō magus  
priuscredidit  
Christo / & de  
inde apostata  
effectus/in po  
testatē demo  
nis ad ludia  
bria venit / &  
magus effect⁹  
est

Niceta  
PETRVS

Niceta

PETRVS

Id nō intellige de libero arbitrio/ vt q̄s eo possit esse qd vult seclusio diuino auxilio: ne in errorem incidas sabel lianorū. diuinū eni auxiliū ad bonū/ex iis q̄ paulo post sequū puenire oportet: vt lumē pcedere colorū visiōnē. at vero nū q̄ cōuerse voluntati denegatur: vt neq̄ oculo ad solem cōuerso dene gāt lumē: sed & preuenit & cōcomitantur voluntatē bo num operantem. Auxiliū igitur diuini nū reqrendū: sine quo ipos sibile ē bonos esse / ad pos sessionē regni celorū perue nite.

vberes tibi gratias ago clementissime Petre: verum hoc est quod discere cupio. Cur Simon qui aduersatur deo : tāta facere hec & alia potuit : nō enī mētitus est aliqd/ ex iis que se fecisse professus est. Ad hec Petrus ita respōdit. Deus q̄ vnus & ve rius est/ primo germinī suo amicos bonos & fideles instituit preparare. Scies autē q̄ boni esse nō possunt/nisi habeat in potestate sensum quo fiāt boni: vt ex suo proposito hoc sint quodvolūt. alioqui nō possent esse vere boni/si nō proposito sed necessitate teneretur in bono: potestatē dedit vnicuiq̄ arbitrii sui/ vt hoc esse possit quod vult . & rursum prudens gā ista potestas arbitrii/alios quidē faceret eligere bona/ alios vero mala/ & p̄ hoc in duos ordines necessario propagandū esset hominū genus: vnicuiq̄ ordinī cōcessit/ & locū & regē quē vellet eligere. bon⁹ enī rex bonis gaudet: & malignus malis. & quāuis hoc tibi O clemēs in eo tractatu quem de prefinitione & fine differuerā/plenius exposuerim : tamē & nūc regrēti Nicete/ manifestare cōuenit que sit ratio/ q̄ Simon qui contra deū sentit/ tāta facere mirabila potuit. Igītū primo omniū malus esse iudicatur apud deū is : q̄ regrēre nō vult quod sibi expedit. quomodo enim talis iste alii diligit: qui semetipsum nō diligit: aut cui iste inimicus nō est: q̄ sibi ipsi amic⁹ esse nō potuit: vt ergo distingueretur q̄ bona/ & qui eligūt mala: deus quod vtile est hominibus occultauit/ id est possessiōnē regni celorū. eāq̄ velut thesaurū secretū reposuit & abscondit: vt ad eā nō facile quis possit virtute & sciētia propria puenire. famā tamē ei⁹ diuersis nominib⁹ & opinonib⁹: p̄ generationes singulas ad hominū pduxit auditū. vt si q̄ forte essent amatores boni/ audiebāt quod sibi esset vtile & salutare: regreret & inueniret. regreret autē nō a semetipsis/ sed ab eo qui occultauit/dariq̄ sibi accedēdi aditū & viā sciētiae precarētur: que illis solū pāditur/q̄ eā sup omnia mūdi huius diligūt bona. nec alio quis pacto vel intelligere eā possit: etiā si prudētissimus videretur. ii vero qui neglexissent quod sibi vtile & salutare esset inqrere: tāq̄ seipso odio habētes/ & sibimet ipsi inimici/fraudarētur eius bonis/velut qui diligerēt mala. Oportet ergo bonos diligere eā sup omnia/ id est sup diuitias/gloriā/requie/parētes/propin quos/amicos/& omne quod in hoc mūdo est. Qui vero pfecte diligit possessionē hanc regni celorū: abiūctet sine dubio omnē male cōsuetudinis vsum/negligentiā/ maliciā/desidiā/iram/cūtacq̄ his similia . nā si quid horū pretuleris ei/tāq̄ qui plus dilexeris proprie libidinis vicia q̄ deū : ad possessionē regni celestis puenire nō pos teris. qā & vere stultū est: aliquid pl⁹ amare q̄ deū. Siue enī parētes sunt: moriūt. siue propinquū/nō permanēt. siue amici: mutantur. solus autē est deus eternus: & indemutabilis parens. Qui ergo nō vult inquirere quod sibi vtile est: malus est ins tantū/ vt malitia sua ipsum impietatis principē superet. Ille enim bonitate dei abus titur ad propositū malicie sue/ & sibi placet: hic autem salutis sue bona negligit/ vt perditione sui/malo placeat . Propter hos ergo qui salutis sue neglectu placet ma lo/ & eos qui studio utilitatī sue placere cupiūt bono : paria quedā ad tentationē presenti huic statuta sunt seculo decē/secundū numerū decē plagarū que illate sunt egypto. Cum enim Moses secundū preceptū dei/peteret a pharaone vt dimitteret populum/ & ad testimonīū celestis imperii signa ostenderet: proiecta in terram vir ga conuersa est in serpentē. Cūq̄ ob hec Pharaon non vellet acquiescere/ vt pote ha bens arbitrii libertatem: rursum magi similia signa facere visi sunt/ permittente deo/ vt propositum regis probaretur ex arbitrii libertate / si magis crederet signis Moysi qui a deo missus est/q̄ iis que magi videbantur potius facere quam faciebant. quos

ipso utiq; nomine intelligere debuerat: non esse operarios veritatis/quod non a deo missi: sed magi appellabantur/sicut & traditio indicat. Deniq; vsc; ad aliquē locum/visi sunt habere certamen:& post hec confessi/cessere meliori. Inducitur ergo plaga ultima/interitus primituorum : & tunc Moses iubetur populum conspersione sanguinis consecrare / atq; ita magna cum prece oblatis etiam muneribus/cum populo rogatur abscedere. Simili ergo modo : etiam per me nūc video geri. sicut enim tunc Mose hortante regē/ut crederet deo/oblistebant magi quas si ostentatione similiū signorum/& a salute incredulos prohibebant: ita & nūc cum ego exierim docere omnes gentes/ ut credant vero deo/ Simon magus resistebat/eadem agens aduersum me/ que & illi tunc egerunt aduersum Mosem. ut si qui sunt ex gentibus qui non recte iudicio vtuntur: appareant. saluentur autem: qui signorum rectum discrimen habuerint. ¶ Hec dicente Petro:Niceta respondit. Obsecro te: ut si quid ad memoriam venit/permittas me proferre.

Nomē magi  
malū esse.

Niceta

PETRVS  
Niceta

### Caput. X.

Vm Petrus delectatus super studium discipulorum:dic(inquit)quod vis.

¶ Et Niceta ait. Quid peccauerunt egyptii si non crediderūt Mosi: cum magi similia signa fecerint/ etiam si viderentur potius fieri q; i veritate fiescent: Nam & si ego fuisset tunc/ex eo quod magi similia signa faciebant: nonne aut Mosem magum credidissent/aut magos/que ostendebant diuinitus facere putasse? quia non michi verisimile videretur(lacet per phatasiā) eadem tamen esfici a magis posse/ que ille qui a deo missus est/ perpetrabat . Et nunc ergo quid peccant ii: qui Simoni credunt/ cum videant eum tanta facere mirabilia : an non est mirabile per aerem volare/ igni admixtum vnum corpus effici / facere statuas progredi / canes ereos latrare : & alia his similia que utiq; discretionem neicientibus/satis mira sunt: sed & de lapidib<sup>9</sup> panem facere visus est . Quod si peccat qui signa facientibus credit: quomodo non peccasse videbitur etiam is/qui domino nostro pro signis & virtutibus credidit: ¶ Petrus ait. Libenter accipio: q; de veritate ad amissim requiris/& impedimenta fidei in anima tua latere non pateris . vnde & medelam consequi: facile potes . Meministi quod peius omnium esse disxi: cum quis neglexerit quod sibi expedit/discere: ¶ Et Niceta respondit. Memini. ¶ Petrus. Et rursum q; deus occultauit veritatem suam : vt eam iis qui fideliter lectantur aperiat: ¶ Et Niceta. Ne hoc quidem oblitus sum. ¶ Tunc Petrus. Quid ergo putas: quia in terram defossam deus absconderit veritatem/ & montes ei superposuerit/ vt ab iis qui in profundum fodere valent/ tantummodo intueniri possit: Non ita est. sed sicut montes & terram/celi ambitu circundedit : ita & veritatem charitatis sue velamine contexit . vt ille ad eam solus peruenire possit: qui prius ianuam diuine dilectionis pulsauerit . Etenim quod prius dicere ceteram: paria quedam huic mundo destinasse deum. ille qui primus ex paribus venit: a malo est. quis: secundu a bono. In quo vnicue homini/iusti occasio iudicii datur: siue simplex ille sit/siue prudens . nam si simplex est/ & crediderit illi qui primus venit/signis & prodigiis motus: necesse est eadem ratione vt etiam illi (q secundo venerit ) credat . signis enim & prodigiis suadebitur & nunc/ sicut prius. Cum vero crediderit huic secundo: discet ab eo q; primo illi qui a malo venit/ credere non debeat. & ideo prioris error: secundi emendatione corrigitur. Si ve-

PETRVS

Niceta

PETRVS

Niceta

PETRVS

Charitas vela  
menveritatis.  
per quā auxi-  
liū diuinitatis  
nobis patet  
ad bonū.neg  
enim arbitriū  
sine diuino au  
xilio/saluare  
sufficit,

ro non credit primō: consequens est vt vel in secundo moueatur ad credendū. Neq; enim instantiā animo stertit: vt geminatis mirabilibus nō valeat excitari. Si vero prudens est: discretionem potest capere signorum. & siquidem primo credit: augmentis virtutum mouebitur ad secundū. & ex cōparatione: que sint posteria deprehendet. quāuis manifesta habeantur indicia apud eruditos quosq; sicut per ordinis consequentiam demonstrauimus. Si vero tanq; sanus quis/ & qui medico non indiget/non est commotus ad primū: rei ipsius perseverantia/ suscitabitur ad secundum. distinctionem namq; signorum/ & mirabilium faciet hoc modo. Ille qui a malo est/signa que facit: nulli prosunt. illa vero que facit bonus: hominib; prosunt. Nam dīc quoque utilitas est ostendere statuas ambulantes/latrare ereos aut lapideos canes/transilire montes/volare per aerem/ & alia similia: que dīcis fecisse Simonem? Que autem a bono: sunt ad hominū salutem. vt sunt illa que fecit domin⁹ noster. q; cecos videre fecit/surdos audire/ debiles claudos erexit/languores & demones effugavit/mortuos fecit resurgere/ & alia his similia: que etiam p; me fieri videtis. Ita ergo signa que ad salutē hominū prosunt/ et aliquid boni hominibus conferunt: malignus facere nō potest/nisi in fine mūdi tantum. tunc enim miscere ei conceditur aliqua etiam de dextris signis/ id est vt vel demones effugent/vel egritudines sanet. Et propter hoc tanq; qui excesserit terminos suos/ & in semetipsum diuisus sit/ac semetipsum ipugnauerit: destruetur. Et propterea dominus predixit in nouissimis temporibus tentationem futuram talēm: in qua decipiātur/ & si fieri potest etiam electi. cōfusis scilicet indicis signorum/perturbari necesse est etiam eos: qui in discernendis spiritibus videntur erudi. Decem sunt ergo que diximus paria: huic mundo destinata ab initio seculi. Cain & Abel vnum sint par. Secundū vero Gigātū & Noe. Tertium Pharaonis & Abraham. Quartum Phillistinorū & Iſaac. Quintum vero Esau & Iacob. Sextum magorū & legislatoris Mosis. Septimū tentatoris & filii hominis. Octauū Simonis & mei Petri. Nonum omniū gentium & illius qui mittetur seminarē verbū inter gentes. Decimū Antichristi & Christi. De quibus paribus: alias vobis per singula exponemus.

**H**ec cum diceret Petrus: Aquila ait. Vere assidua doctrina opus est: vt de singulis possit quis scire rationem. **E**t Petrus. Quis est: qui assiduus sit erga doctrinam/ & studiose singula queq; perquirat: nisi qui animam suam diligat ad salutem/ & omnibus renūciat huius mundi negotiis/ vt soli verbo dei vacet. quem solum prudentem iudicat verus propheta: vendentē omnina que sua sunt/ & ementem vnam veram margaritā/ & intelligentem que sit differentia temporaliū ad eterna/ paruorum ad magna/hominū ad deum. Quis autem est: qui diligit deum: nisi qui sapientiam eius agnouit: Quomodo autem quis agnoscere poterit sapientiam dei: nisi assiduus sit ad audiendum verbum eius: Ex quo accedit vt amorem concipiāt: & digno ēū honore veneretur/hymnis & orationibus fusis ad eum/ & in his libentissime requiescens/ summiq; reputans detrimentum/si quando aliquid aliud vel ad momentū temporis loquātur/ aut agat. quia reuera/nec potest anima que dei amore repleta est/ aliquid aliud intueri: nisi quod ad deum pertinet. nec satiari potest pre amore eius: ea que ipsi scit esse placita/ meditādo. ii vero qui affectum eius minime percepérūt/nec illuminatā charitate eius/ gerunt mentem: veluti in tenebris positi/ lucem videre non possunt.

In fine mūdi  
Q; etiam mali  
gn⁹ habeat si-  
gna bona & q;  
prosint facere

Gentū & illū  
q; mitteat: ille  
qui missus est  
fuit Paulus.

Aquila  
PETRVS

Quomodo fau-  
rē & auxilium  
diuinū ad bo-  
nū nobis com-  
paramus. pre-  
uenit tamē p-  
nuncios suos.  
aut intimas i-  
spiratiōes ob-  
suā eminentē  
bonitatem: &  
id nō ē nostri  
arbitrii. sed  
nostri arbitrii  
est. illa seq au-

Et ideo etiā prius q̄ incipiunt requirere deo: quasi labore oppressi/statim deficiūt/ac tedio repleti/cōtinuo ad p̄priā cōsuetudinē rapiūtur/& ad ea verba qb̄, delectātur. Nā de deo audire aliquid/talibus tedium est & molestū: pro eo (vt dixi) quia mens eorū nullam dulcedinem diuinę charitatis accepit. Cap.XI.

**h** Ec Petro dicente: dies exorsus est. Et ecce veniens quidam ex discipulis Simeonis/clamabat dices. Obscro te Petre/suscipe me miserū a mago Simeone deceptum: cui ego velut celesti deo intendebam/pro iis que ab eo fieri mirabilib⁹ videbam. auditis tamen sermonibus tuis: cepit iam michi homo videri ipse quidem malus. Veruntamen cum hinc exiret: ego eum subsecutus sum solus/nō dum enim ad liquidum/impietates eius agnoueram. Cum autem vidisset me subsequente: beatū me dicens/perduxit ad domū suā. Circa mediū vero noctis ait ad me: omniū te hominū faciā meliorē/si volueris vscq ad finē perseverare meū. Cui cū promissem: exegit a me iuramentū p̄seuerantie.eocq̄ accepto: imposuit sup humeros meos polluta quedā & execrabilia secreta sua/vt portarē/& seq̄ me iussit. vbi vero vētū est ad mare: nauigū quod forte aderat ingressus/sumit a ceruicib⁹ meis/quod portare me iusserat. & paulo post egressus: nichil extulit. certū: q̄ in mare id eiecerat. Rogabat ergo me vt cū ipso proficerer : dices se romā petere. sibi enī intantū placitū: vt deus putetur/& diuinis publice donetur honoribus. tūc īgt te omnibus diuiniis repletū/si huc redire placuerit: pluribus fultū ministris remittam.Hec ego audiēs/& nichil in eo lectū hanc professionē videns/sed magū & deceptorē esse intelligēs: respondi.Quelo te/ignosce michi: q̄a pedes do leo/& propterea exire a Cesarea nō valeo.Preterea est michi vxor/funt paruuli liberi: quos relinquere omnino nō possum. At ille hec audiēs/& ignauie me accusans: profectus est cōtra Dorā dices. Cū audieris quanta michi gloria erit in vrbe romā: penitebit te. Et post hec: ipse qdē(vt aiebat)romā petet. Ego autē cōfessim rediū huc: orās/vt me suscipias ad penitētiā/q̄a ab eo deceptus sum. Cap.XII.

**c** Vm hec dixisset is q̄ a Simone regressus est : iussit eū Petrus i atrio residere.

Procedēs autē ipse/& turbas plurimas videns multo plures q̄ superioribus diebus: stetit in loco solito. Et ostendēs eū qui a Simone venerat: sermonē facere hoc modo cepit.Iste/fratres quē ostēdo vobis: paulo ante venit ad me/de Simonis michi malis artibus nūcians/ quomodo ipsam sceleris sui officinā proiecerit in profundū. nō quasi penitētiā ductus: sed metuēs ne deprehēsus/publicis subiaceat legib⁹. Rogabat autē hūc(vt dicit)munera īmēsa pollicēs: secū manere.quem cū suadere minime potuisset/tāq̄ ignauū increpās/dereliq̄t ipse/romā petēs.Cūq̄ hec Petrus indicasset turbis: ipse q̄ regressus a Simone fuerat/ stans singula queq̄ populo cepit publice exponere de sceleribus Simonis.Et cū grauiter ferrēt de iis q̄ audiebat p̄ artes magicas gesta a Simone:ait Petr⁹.Nolite fratres grauiter ferre de iis que trāslactā sunt: sed obseruate defuturis. q̄ enī trāsierūt: iā finita sunt. que vero imminēt: periculosa sunt iis/ qui incurrerint. Scādala enim nunq̄ deerunt huic mūdo: donec permittatur inimico agere pro voluntate sua/vt prudētes quicq̄ & intelligentes astutias eius/suscitatos sibi ab eo superent agones, iī vero qui negligunt discere que ad salutem pertinent anime sue: iustis ab eo deceptionsibus capiantu.rQuia ergo vt ipsi auditis/ Simon egressus est: aures gentilium qui ad salutem vocati sunt/preuenire necesse est/& me vestigia eius insequi.vt si quid ab illo

xilio ei⁹ semp retento: aut il la fugere/sine ei⁹ ad hoc au xilio p nos ip sos in malum precipites.

Quidā discipul⁹ Simonis magi.

PETRVS

forte dissipatum fuerit: corrigatur a nobis. Sed quoniam iustum est de vobis maiorem solitudinem geri/ qui iam intra muros vite continemini (quoniam quod acquisitum est/ si pereat damnū infert: quod autem nōdum/ siquidē inueniri posuerit lucrum est/ si in min⁹ hoc solum damni est/ quod lucrum factum non est) vt ergo & vos magis ac magis in veritate firmemini/ & gentes que ad salutē vocantur/ non usquequaq; possint nequitia Simonis preueniri/cogitauit Sacheum vobis ordinare pastorem. ego vero ipse/ tres vobiscum permanere menses/ & itaq; proficiſci ad gentes. ne auplius morantibus nobis/ & sceleribus Simonis usque quaque grassantibus: insanabiles fiant. Hec illo dicente: vniuersus populus fleuit/ audiens quod profecturus esset. At Petrus compassus eis: etiam ipse lachrimas fudit/ & in celum suspiciens ait. tibi deus qui celum terramq; fecisti/ & omnia que in eis sunt: precem/supplices fundimus/ vt confugientes ad te in tribulatione tua soleris. propter affectum enim quem habent erga te/ diligunt me: quia veritatem tuam anunciaui eis. propter quod: miserationis tue dextera custodi eos. Non enim Sacheus/nec alius quisq; hominum: custos eis idoneus esse potest. Hec autem & his similia cum dixisset Petrus: manibus superpositis Sacheo orauit/ vt inculpabiliter episcopatus sui seruaret officium. Post hec/duodecim presbyteros ordinauit/ & diacones quattuor. & ait: Sacheum hunc vobis ordinaui episcopum/sciens eum/timorem dei habere/ & eruditum esse in scripturis: quem quasi Christi locum seruantem honorare debetis/obedientes ei ad salutem vestram/ & scientes q; siue honor/siue iniuria/que ei defertur ad Christū redundat/ & a Christo ad deum. Audite ergo eum attentius: & ab ipso suscipite doctrinam fidei. monita autem vite a presbyteris: a diaconibus vero ordinem discipline. Viduarum religiosarum curam gerite. iuuenes pudicitiam docete. & vt breuiter totum dicam. alterutrum vos in quibus res poposcerit/ sustentate. Deum colite qui creauit celum & terram. Christo credite. in uicem diligite. misericordes estote ad omnes. Non verbo solum: sed opere & rebus implete charitatem. Et cum hec atq; his similia precepisset: pronundauit ad populum dicens. Quoniam tres menses statui facere vobiscum: si qui vestrum deliderat/baptizetur: vt exutus prioribus malis/ de reliquo pro bonis actibus/ heres bonorum celestium propriis ex gestis fiat. Accedat ergo qui vult ad Sacheum/ & ipsi det nomen suum: atq; ab eo mysteria regni celorum audiat. ieunii frequentibus operam impendat/ ac semer ipsum in omnibus probet: vt tribus iis mensibus consumatis/in die festo possit baptizari. Baptizabitur autem unusquisq; vestrum in aquis perennibus: nomine trine beatitudinis inuocato super se. primo perunctus oleo per orationem sanctificato: vt ita demū per hec consecratus/ possit percipere de sanctis. Et cum multa dies esset de ratione baptismi: dimissis turbis ad solitam se recepit mansionem. Ibiq; astantibus ei duodecimi/ idest Sacheo & Sophonia/ Iosepho & Micheo/ Eleazar & Finees/ Lazaro & Heliseo/me Clemēte & Nichodemo/ Niceta & Aquila: hoc modo prolocutus est. Consideremus fratres quod iustum est. debemus enim auxilium aliquod ferre gentibus: que ad salutem vocate sunt. Ipsí audistis/ q; Simon precedere volens iter nostrum: profectus est. quem oportuerat & euangelio inseguere: vt sicubi aliquos subuertere tentaret/ continuo cōfutaretur a nobis. Sed quoniam iniustū michi videtur/ vt derelictis iis q; iā cōuersi sunt ad deū/eorum

Ordinatur za  
cheus a Petro  
episcop⁹ cesa  
re.

Baptismus  
De sanctis: de  
eucharistia.

qui adhuc longe sunt curam preferamus: rectum puto tribus mensibus permanere  
 cuī iis qui in hac ciuitate conuersi sunt ad fidem / & firmiores eos efficere . nec tamen  
 filios qui adhuc longe sunt: penit<sup>9</sup> negligere . ne forte si diu venenis pessime doctri-  
 ne insificantur: difficilius reuocentur. Et ideo volo / si tamen etiam vobis iustum vi-  
 detur: vt pro Sacheo quem hic ordinauim<sup>9</sup> episcopū / subiiciatur in numero Ben-  
 iamini filius Saba. Et pro Clemēte / quem decreui mecum semper esse (quia ex gētibus  
 veniens: audiendi verbi grande desideriū gerit) Ananias filius Saphra. Pro Niceta  
 vero & Aquila / qui nuper conuersi sunt ad fidē Christi: Rubetus Sachei frater / &  
 Sacherias structor. Iste ergo quattuor pro his quattuor substitutis : expleri volo  
 duodenariū numerum / vt in ipsis me semper secum sentiat Simon. Sequestratis  
 igitur me Clemēte & Niceta & Aquila / ad illos duodecim ait : volo vos post diem  
 crastinum proficisci ad gentes / & vestigia Simonis insequiri / vt omnia que agit ma-  
 nifesta michi faciat. Sed et propositum singulorum diligenter requirite: & me affu-  
 turum sine mora eis annūciate . & ne multa vobis dicam: per omnia instruite genti-  
 les expectare aduentum meum. Cūq; hec atq; his similia dixisset: etiam vos (inquit)  
 fratres / si quid vobis ad hec videtur: dicate. ne forte non sit rectum: quod michi soli  
 placet. Tunc omnes una voce collaudantes eum : rogamus magis aiebant / vt pro  
 arbitrio tuo cuncta disponas / & quod tibi ipsi videtur iubeas . hoc enim putamus  
publice sola iussione fariebat ceteros videre/ surdos audire/ fugabat demones/ egris sanitatem reddebat/ & mortuis vitam. cūq; nichil esset ei impossibile: etiam cogitationes hominū preuidebat. quod nulli est possibile: nisi soli deo hic annūciauit regnum dei. Cui nos de omnibus que dicebat tāq; vero prophete credidimus: firmatatem fidei nostre/ non solum ex verbis eius/ sed ex operibus assumētes. quia & dicta legis que ante multas generationes de presentia eius exposuerant: in ipso consignabātur. & imagines gestorum Mosis/ & ante ipsum patriarche Iacob: ipsius per omnia typum ferebāt. Tēpus quoq; aduētus eius: hoc ipsius in quo venerat/ predictum ab eis constat. & super omnia q; esset a gentibus expectandus: sacrī litteris comprehensum est/ que in eo pariter vniuersa cōpleta sunt.

PETRVS

**q** Vod autem iudeorum propheta predixit eum a gētib⁹ expectandū: in eo fidem veri confirmat supra modū. Si enim dixisset a iudeis expectandū: non aliquid eximiū prophetasse videretur/ q; a cōtribuli populo. & a propria gēte speraretur is/ cuius aduentus ad salutē mundi fuerat repromissus. videretur enim magis consequentie ratio esse vt hoc fieret: q; magnificētia prophetalis. nunc autem cum prophete dicunt om̄ē illam spem que de salute mundi repromittitur/ & nouitatē regnī que instituenda per Christū est/ atq; omnia que de eo indicātur/ ad gētes esse transferenda: iam non secūdūm consequentiam rerum/ sed incredibili quodā vaticinationis euentu/ magnificētia prophetica confirmatur. Iudei nāq; ex initio aſfore aliquando hunc virum per quem cuncta repararētur: verissima traditione suscepérant. & quotidie meditantes ac prospicientes quando eius fieret aduētus: vbi adesse eum viderunt/ & signa ac prodigia sicut de eo scriptū fuerat adimpta sunt/ inuidia excecati/ agnoscere nequiuērūt presentem/ in cuius spe letabantur absentis. Intelleximus tamē pauci nos/ qui ab eo electi sumus. hoc autē totū prouidētia dei factū est: vt agnitiō boni huius/ etiām gētib⁹ traderetur. & ii qui nunq; de eo au- dierant/ nec a prophetis didicerant: agnoscerēt eū. illi vero qui quotidianis medita- tionibus eū agnouerant: ignorarent. Ecce enim per vos nūc qui presentes estis/ & desideratis audire doctrinā fidei eius/ & agnoscere qs & quomodo. & qualis sit ei aduētus: prophetica veritas adimpletur. hoc est enim/ quod predixerunt prophete: quia a vobis querendus esset/ qui de eo nūq; audistis. Et ideo videntes in vobis metipls prophetica dicta compleri: huic vni recte creditis. hūc recte expectatis: de hoc recte inquiritis. vt non solū expectetis eū: sed & hereditatem regni eius creden- tes consequamini. Et secundū quod ipse dixit: quia vnuſquisq; illius fit seruus/ cui se ipse subiecerit. Propterea ergo euigilate: dominū deū vestrū vobis ascrbite do- minū/ qui & celi ac terre dominus est. & ad ipsius imaginē ac similitudinem vos re- formate/ sicut ipse verus propheta docet dices. estote boni & misericordes: sicut & pater vester celestis misericors est/ qui pluit super iustos & iniustos/ & solem suū oriri facit super bonos & malos. hūc ergo imitamini/ & hunc timete/ sicut mādatū datur hominibus: dominū deum tuū timebis/ & ipsi soli seruies. Expedit enim vo- bis huic vni domino seruire: vt per ipsum cognoscentes vnuſ deum/ a multis quos inutiliter timebatis liberemini. qui enim creatorem omniū nō timet deū/ sed eos ti- met quos ipse manibus suis fecit: quid nisi vano & inutili semetipsum obnoxium fa- cit timori/ viliorēq; se & abiectionem reddit q; sunt illa ipsa/ quorum timorem mēte concepit: quin potius per bonitatē eius qui vos inuitat: redite ad priorem nobili- tatem vestrā. & ex bonis aētibus: q; ipsius creatoris vestri imagine portetis/ ostend-

dilecte. ut ex contemplatione similitudinis ipsius: etiam filii eius esse credamini. Incipit  
te ergo a sensibus vestris abscere vanas idolorum species/ atque inutiles & inane*s* ti-  
mores. ut simul etiam conditionem possitis inique seruitutis effugere. domini eterni  
vestri effecti sunt illi: qui nec servi quidem utiles vobis esse potuissent. Quomodo  
enim simulachra exanimata/ vel ad seruitutem vobis videretur idonea: cum neque  
audiant/ neque videant/ neque aliquid sentiant: nisi que ipsa saltem materiam ex qua fa-  
cta sunt/ siue aurum/ siue argenti/ siue etiam eris/ aut ligni cum possint vobis ad usum ne-  
cessarios prodesse: vos ex ea formando deos/ ociosam per omnia eam atque inutilem  
reddidistis. Nos vero annunciamus vobis verum dei cultum: simulque monemus & hor-  
tamur cultores/ ut per bonos actus imitentur eum/ quem colunt/ & ad imaginem  
& similitudinem eius (ut superius diximus) redire festinent.

## Caput. III.

¶ Elim autem diceret michi iis qui idola colunt: si optant similes fieri iis/ quos co-  
lunt. vult ne aliquis vestrum sic videre quomodo illi videt/ sic audire quomodo  
illi audiunt/ sic habere sensum quomodo illi habent: Absit hoc ab unoquoque au-  
dientium. hoc enim maledictum potius/ & concordia credendum est hominibus: qui imagine  
dei in se gerunt/ etiam si similitudinem perdidit. Quales ergo dei habendi sunt isti: quos imi-  
tari execrabilis est cultoribus scitis: quorum similitudinem habere contum elia est: Quid  
ergo: solute simulacra inutilia & facite vas a utilia. solute ociosam pigracque mate-  
riam: & facite humano usui apta ministeria. Sed non sint igit (inquit) leges humanae.  
Bene/ quia humane leges: & non ipsorum virtus. Quomodo ergo dei sunt iis: qui hu-  
manis legibus & non suis viribus defenduntur: sic & a furibus/ canum vigiliis & clau-  
strorum munitionibus conseruantur. & hoc: si fuerint argentea/ vel aurea/ vel etiam  
area. nam lapidea & fictilia: ipsa sui utilitate munierunt. nemo enim lapideum aut fictile  
deum furatur. Unde miserabiles videtur iis: quibus preciosissimi metalli/ pericula vi-  
ciora conquirit. Qui ergo furari possunt/ qui ab hominibus custodiuntur/ qui con-  
flari & appendi & malleis cedi: isti ab hominibus sensum habentibus dei debet vi-  
deri: O in quantâ miseria mortalium decidit intelligentia! Nam si mortuos timere sumi-  
me stultitiae dicitur: quid iudicemus de iis/ qui deterius aliquid quam sunt mortui/timet?  
Ista enim simulacra nec in mortuorum numero habenda sunt: quia nunquam viserunt.  
Preferenda sunt eis etiam sepultra mortuorum: quoniam nec licet mortui sint/ ha-  
buerunt tamen aliquando vitam. isti autem quos colitis: ne ea quidem que est omni-  
nium deterrima/ranarum ac bufonum vitam aliquando gesserunt. Et quid opus est  
nos de his plurima memorare: cum sufficiat dicere ei qui adorat ea/ non vides quia  
quem adoras non vides. Audis: quia quem adoras/ non audit. Et intelligis: quia non  
intelligit. opus enim/mortalis manus est: & necessario/sensu caret. Tu ergo adoras  
insensibilem: cum unusquisque habens sensum/ nec ea quidem credat adoranda/ que  
a deo facta sunt & mentem presentem habent/ id est solem & lunam/ vel stellas om-  
niaque/ que in celo sunt/ & super terram. Iusti/ enim putant: non ea que pro min-  
di ministerio facta sunt/ sed ipsorum/ & mundi totius creatorum debere venerari.  
Gaudent enim etiam hec: cum ille adoratur & colitur. nec libenter accipiunt: ut ho-  
nor creatoris/ creature deferatur. exceptus est enim dei solius cultus: qui so-  
lus increatus est. cetera autem omnia: factura eius sunt. Sicut ergo proprium est eius  
qui solus non est factus/ deum esse: ita omne quod factum est/ deus vere non est.  
Ante omnia ergo: intelligere debet deceptionem serpentis antiqui/ & callidas

PETRVS.

PETRVS  
Sacerdotibus  
Zelus & a  
sunt: quib  
vniuersitatis  
meli  
divina preest.Mentes super  
ne celestibus  
corporibus p  
sunt: quib  
vniuersitatis  
meli  
divina preest.

## Liber

eius suggestiones: qui quasi per prudentiam decipit vos / & & velut ratione quādam serpit per sensus vestros. atq ab ipso vertice incipiens: per int̄iores dilabia tur medullas/ lucrum magnum computans deceptionem vestram. Interserit ergo sensibus vestris opiniones quorūcōq deorum: tantum vt vos ab vnius dei re uocet fide/sciens peccatum vestrum/suum esse solatium. Ille enim pro nequitia sua: ab initio terram edere condēnatus est. propter eum quem de terra assumptū: iterū resolui fecit in terram/ vscō ad tempus quo anime nostre per ignem traducte repa rentur/sicut alias de hoc plenius edocebimus. Ex ipso ergo sunt omnes errores & ambiguitates: quibus ab vnius dei fide & credulitate conturbamini. Et primo omnium subiicit cogitationibus hominū: vt ne audiant verba veritatis/per que malorum ignorantiam fugent. Et hoc facit/quasi occasione alterius scientie: asseuerās ilī illam opinionem qua vtuntur plurimi/ vt putent se reos futuros non esse/ si in ignorantia fecerint / nec reddituros esse rationem pro iis que non audierunt. & ideo a verbo declinare eos suadet auditum. Sed accipite econtra hec. ipsa per se metipsam ignorantia validissimū venenum est:quod sufficiat animam nulla extrinsecus quesita adiectione perire. Et ideo nemo est: q ignorās/per hoc quod ignorat euadat/sed certum est quod intereat. naturaliter enim peccatorum vis:interimit peccatorem. Sed quoniam iudicium rationabile erit: tam ignorātie q vniuersitatis peccati causa & origo requiretur. Si ergo quis scire noluit quomodo possit venire ad vitam/sed maluit ignorare/ne per hoc quasi reus fieri videretur:ex hoc ipso iam quasi scierit & habuerit scientiam/iudicatur. agnouit enim quid esset: quod nolebat audire. & nichil ei confert ad excusationem: serpentis artificio quesita calliditas. cū eo enim erit & ratio quem non latet cor. Vt autē scias quia ignorantia per seipsum generat interitum anime: cum discesserit e corpore si talis exeat que ignorauerit eū a quo creata est/a quo in hoc mundo omnia que vslibus suis erant necessaria conse cuta est/tanq infidelis a regni eius luce proiicitur.

PETRVS

Sententia magorum & a psua  
fionibus dia= boli seducto rum

Caput.V.

Vbiicit iterum nequissimus seruus & aliam hominibus opinionem: quam plures vestrum proferre solent . vnum esse & nos dicimus deum/ qui est omniū dominus : sed & isti (inquiunt) dii sunt. Sicut enim vnu est Cesar & ha bet subse multos iudices/verbigratia prefectos/consules/tribunos/ & ceteras potestates: simili arbitramur modo/ cum vnu sit maior omniū deus/ etiam istos ad similitudinem earum quas diximus potestatum/ ordinatos esse in hoc mundo deos/ illi quidem maiori subiectos/nos tamen/ & que in hoc mundo sunt dispensantes. Audite ergo ad hec: quomodo in iis ipsiis que ad deceptionem proponitis/ veritatis ratione cōfutemini.Dicitis quia locum Cesaris teneat deus: iudicatum vero eius & potestatum speciem serruent ii/ qui dictūtū dii.seruante ergo vt proposuistis exē plū Cesaris: & Icitote/ quia sicut nullis ex iudicibus vel administratoribus Cesaris/ id est prefectis/vel proconsulibus/vel ducibus/vel tribunis/ fas est Cesaris nomen imponi /alioqui & ille si suscepit/ & illi qui detulerint pariter interibunt: ita & de hoc debetis pariter aduertere/ q si quis nomen dei alicui preter ipsum imposuerit/ & ille receperit: vnu eūdēq fortientur interitū/multo deteriore sorte q ministri Cesaris. hic enim qui delinquit in Cesarē/interitū suscipiet temporalē: q vero in vnu qui sol⁹ est & ver⁹ de⁹ delingt/in seculū luet penas.& merito:vt q nomē qđ est vnicū/ iniuriosa conditione violauerit. quis hoc ipsum deus nō nomē sit dei:sed hominis

bus interim vocabulum istud quasi pro nomine eius concessum est. quod tamen ut dixi: cum contumeliose tractatur/ad veri eius nominis refertur iniuriam. Denique veteres egyptiorum qui de celesti cursu & astrorum natura/ rationem sibi visi sunt reperisse: obsidente sensus eorum demone/ omnibus nichilominus contumeliis/ non men incommutabile subiecerunt. nam alii eorum Bouem (qui apis dicitur) colendū tradidierunt/ alii Hircum/ alii Gattas/ nonnulli Ibin/ quidā Serpētē/ Piscē quoque/ & Cepas & Cloacas/ ac Crepitus ventris pro numinibus habendos esse docuerūt/ ac alia innumera que pudet etiam nominare. Quid/Petrus r̄ideris inquit: vos aliorū dedecora quia cōsuetudine propria nō videtis/ nā egyptiorū quidē stultitiae merito r̄ideris: quia mura animalia ipsi cum sint rationabiles colunt. Audite tamen quomodo & illi vos rideat. aiūt enim nos viuētia colimus animalia licet moritura: vos vero que nūq omnino vixerūt hec colitis/ & adoratis. addunt preterea etiam illud figurās esse hec/ & allegorias virtutum quartūdam: quibus adiutricib⁹ regatur hominū genus. Sed pudoris perfugio hoc/ & nonnulla similia connectētes: errorem suū vellere nituntur. Sed non est nunc temporis egyptiis respōdere: et derelicta cura presentium/ absentium medicari lāguores. certū nāq iudicium est vos ab huiusmodi egritudine haberī alienos: qui eam non doluistis vt propriam/ sed risistis vt alienam. Sed redeamus ad vos: quibus placet ita haberi deum vt Cesarē. deos autem vt ministros & procuratores Cesaris. sequimini me attentius: & modo vobis ostendam in argumēti huius curuis anfractibus collocati/ q̄ certum apud vos omnes esse debet & indubitatū/ deo qui a nullo factus est/ sed ipse fecit vniuersa: nichil ex facturis suis posse equari. neq; enim ita quis irrationalis int̄ueniri potest: q̄ putet q̄ conferri possit/ factura factori. Si ergo humana mens/ non solum ratione: sed etiam naturali quodam motu/ recte hanc opinionem tenet illud dici deum/ cui conferri aut equari nichil potest/ sed quod cūctis emineat & cūcta p̄cellat: quomodo nomen illud quod superat omnia/ infra se esse credit: an recte iis videbitur dari quos ad ministeriū & procurationem humane vite putatis esse dispositos: Sed & illud addem⁹. mūdus hic sine dubio factus est/ & est corruptibilis sicut etiam latius post modum ostendemus. interē & factum eum esse & corruptibilem constet. Si ergo mūdus deus dici non potest (& recte non potest: quia corruptibilis est) quomodo mundi partes/ dei nomen acceperint: quod enim totus esse non potest mūdus: multo magis nō erit pars eius. Iḡitur si redeamus ad exemplum Cesaris: vide te q̄ longe erretis. Cesari eiusdem licet nature hominem cuius ipse est/ conferri tamē neminem licet: deo qui hoc ipso quo a nullo factus est/ sed ipse fecit omnia/ cuncta supereminet/ conferri debere aliquem creditis: Sed Cesaris quidem nomen nulli audetis impōnere: quia reūm suum statim punire non differt/ deus autem punire propter penitentiam differt.

Cap. VI.

**E**r alios autem serpens ille proferre verba huiuscmodi solet. nos ad honorem invisibilis dei imagines visibles adoramus. Quod certissime falsum est. si enim vere vellestis dei imaginem colere: homini benefacientes veram in eodem coleretis imaginem. in omni enim homine est imago dei: non tamen in omnibus vere similitudo/ sed ubi benigna anima est & mens pura. Si ergo vultis honorare imaginem dei: nos vobis quod bonum est/ aperimus. vt homini qui ad imaginem defactus est benefaciatis: honorem & reverentiam deferatis. esurienti cibum/ sitienti potum/ nudo indumentum/ ergo ministeriū/ peregrino hospi-

Q̄ parum cat  
deis & egyp-  
tiis astrologis  
tribuendū.  
dii egyptiorū  
Bos  
Hircus  
Gatte  
Ibis  
Serpens  
Piscis  
Cepe.  
Cloace  
Crepitus ven-  
tris.  
Et id gen⁹ isa-  
niarum  
Gatte: felles.

PETRVS

tium / et in carcere posito necessaria ministretis . & hoc est quod vere deo delatum depurabitur . Hec autem in tantum ad honorem dei imaginis cedunt : ut qui ista non fecerit / contumeliam imagini diuine intulisse credatur . Quis ergo iste honor dei est : per lapideas & ligneas formas discurrere / & inanes atque exanimis figuris tam numina venerati / & hominem in quo vere dei imago est spernere : imo potius certi estote / quod qui homicidium facit / aut adulterium / & quidquid in hominum vel penam / vel iniuriam geritur : in his omnibus dei imago violatur . magna enim impietas in deum est : ledere hominem . omne enim quod ipse patitur non vis : cum facis alii / imaginem dei / iniquis meroribus fedas . Intelligite ergo quia latet intrinsecus serpentis est ista suggestio : que persuadet pios vos videri posse / cum insensibilia colitis / & non videri impios / cum sensibiles & rationabiles leditis . ¶ Sed hec alius nobis serpentis ore respendet & dicit . Si nolebat hec esse deus : utique non essent . Nodum vobis dico : quomodo ad unius uscuiusque mentis probationem / in hoc mundo permittitur multa esse contraria . sed illud est : quod nunc interim conuenit duci . si secundum vos / omne quod adorandum erat / esse non debuit : nichil pene futurum erat in hoc mundo . quid enim est quod reliquistis : quod non adorastis : sole / lunam / stellas / aquam / terram / montes / arbores / lapides / lignum / homines : nichil horum est quod non adorastis . Oportuit ergo iuxta vocem vestram / nichil horum fieri a deo : ne haberetis quod possetis adorare . sed ne homines quidem ipsos esse oportuit : qui adorarent . Vere hoc est quod desiderat ille : qui intra vos latet serpens . nulli vestrum parcit : nullum / vult effugere interitum . Sed non ita erit . audite enim : quia non delinquit illud quod adoratur / sed ille qui adorat . iustum namque est apud deum iudicium : & aliter patienter iniuriarum iudicat / aliter inferit . ¶ Sed dices . oportebat ergo eos qui adorant quod non licet adorari / statim perire a deo : ne & alius hoc faceret . Sed nonne es tu prudenter deo : ut ei consilia suggeras : scit ille quid faciat . omnibus enim in ignorantia positis / patientia prestat : quam misericors & pius est . & preuidet quia ex impiis : multi efficiuntur pii . & ex ipsis qui impura figura & pollutas imagines venerantur : nonnulli conuersi ad deum / & reuocantes se a peccatis & agentes bona opera / peruenient ad salutem . ¶ Sed debuimus (inquit) omnino nec ad cogitationem istam venire : ne hec faceremus . Ignoratis quid est liberi arbitrii : & lateret vos / quia ille vere bonus est / qui suo proposito bonus est . qui autem necessitate retinetur in bono : bonus non potest dici / quia non est suum quod est . quia ergo nunc in unoquoque libertas est : in electione honorum vel maiorum ipse sibi vel premia vel interitum querit . ¶ Imo (inquit) quicquid cogitamus : deus nobis adducit ad mentem . Quid agitis o homines : Blasphematis . si enim omne quod cogitamus ipse nobis adducit ad mentem : ipse ergo nobis cogitationes adulterii suggerit / & auaricie / & blasphemie / omnibusque luxurie . Desinite quod ab huiusmodi blasphemis : & quis sit deo dignus honor intelligite . ne dicatis ut solerit quidam vestrum : quia deus mortalium honore non indiget . ille quidem vere nullius indiget : sed vos debetis agnoscerre quia vobis prodest honor / quem deo defertis . Quid enim tam execrabilis quod si gratiam habere nesciat homo / proprio conditoris . ¶ Sed melius (inquit) facimus nos : qui & ipsi / & omnibus cum ipso / gratias agimus . In hoc subversionem salutis vestre non intelligitis . tale enim est hoc : quale si quis eger ad medelam sui / meditum pariter & venenarios inuitet . cum illi nocere quidem possint / curare non possint : verus autem medicus / venenis illorum recusat sua medicamenta miscere / ne aut perniciences bono / aut sanitas nocentibus ascribatur .

Nullum: nulla  
hominem.

Quid est libe-  
ri arbitrii : quod  
attinet ad li-  
berum arbitrium.

**C**Sed dicet aliquis . passiones iste interdum accident etiam iis : qui deum colunt . Non est verum . etenim dicimus esse dei cultorem : qui voluntatem dei facit / & legis precepta custodit . apud deum enim / non ille qui apud homines iudeus dicitur / iudeus est / neq; qui gentilis vocatur / ille gentilis est : sed qui deo credens / legem impleuerit ac voluntatem eius fecerit / etiam si non sit circuncisus : verus dei cultor est . isq; non solum liber est ab huiusmodi passionibus : verum & alios / ab eis liberos reddit . etiam si sint ita graues ut montibus coequetur : per fidem qua credidit deo / transfert eas . sed & montes vere cum arboribus suis : si necesse sit / perfidem transfert . qui autem videtur quidem colere deum / sed neq; fide plena neq; mandatorum operibus munitur / sed est peccator : pro peccatis locum dedit in semetipso passionib<sup>9</sup> / que ad penam peccantium constitute sunt a deo . vt ab eis per illata supplicia exigat debita peccatorum : & purgatores eos ad iudicium illud generale perducant / si tamen castigationem eorum / non deserat fides . nam infidelium castigatio in presenti vita : iudicium est / q; alieni incipiunt existere a futuris bonis . deum vero colentium castigatio / cum pro peccatis que acciderint eis interfur : commissi ab eis exigit debitum / vt preuenientes iudicium / in presenti seculo peccati debitum soluant / & libertetur vel ex parte media ab eternis que illuc preparate sunt penit. Sed hec ita esse non recipit / qui non credit futurum esse iudicium dei : & ob hoc presentis seculi voluptatibus obligatus / ab eternis excluditur bonis . & ideo nos non negligimus predicare vobis : que saluti vestre scimus esse necessaria / & qui sit verus dei cultus ostendere . vt credentes deo : per opera bona possitis una nobiscum futuri seculi heredes existere . Q; si nondum apud vos certum est / vera esse que dicimus : interim pro hoc / primo non debetis egre accipere & infensi esse : quia que putamus bona / hec vobis annunciamus . & quod vobis salutare esse credimus : hoc etiam vobis conferre non iniudicamus / omni (vt dixi) studio laborates quo coheredes vos bonorum (que ipsi nobis euentura credimus) habeamini . vtrum autem pro certo vera sint / que annunciamus vobis : non aliter scire poteritis / nisi vt obedientes iis que mandantur / ipso rerum exitu & beatitudinis certissimo fine doceamini . Et ideo etiam si latens intrinsecus serpens sensus vestros mille depravandi artibus occupet / & impediens mille subiectis quibus a salutari doctrina vestrum declinet auditum : eo magis oblistere ei debetis / & spretis eius suggestionibus / ad audiendum a nobis verbum / suscipiemusque doctrinam / frequentius conuenire . quia nemo potest discere aliquid : qui non docetur .

**C**ūq; hec dixisset / iussit sibi eos q; languoribus vel demonibus vrgebantur offerri : & imposuit eis manus cū oratione / atq; ita turbas dimisit / admonens vt ad audiendum verbū / diebus quibus ibidē demoraturus esset frequetarēt . Igitur vbi turbe abscessere : Petrus quisque in orto fluebant corpus diluens / vna cū ceteris volentibus / humi sterni iussit sub arbore quadā / cuius umbra erat plurima / & recumbere nos secundū ordinē apud cesareā statutū / precepit . Atq; ita cibo sumpto / hebreorum ritu gratias ages deo : quia adhuc aliquātulū diei superat / iubet nos de quibus velim<sup>9</sup> Libelli illi / ha pōctari . Cūq; essemus omnes cū eo viginti : vnicuiq; de quo querere voluit explauit . quorū singula queq; libellis comprehensa : tibi iam misi . vespere autē factō / ingressi hospitium cum ipso : suis quicq; locis requieuimus .

Depensis.

Recognitionum Petri apostoli

Quinti libri finis.

Liber

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
LIBER SEXTVS.

Caput. I.

Villa que cū vi-  
ginti differuit  
Petrus: in hoc  
opere non ha-  
bentur/ sed in  
alio trāsmisit  
Clemens.

Bi vero crescētibus tenebris/ primū dies cepit proferre crepusculū: Pe-  
trus orationis gratia ortū ingressus/ exinde egrediēs velut excusare se  
nobis videbat/ quod tardius solito euigilans/ venisset ad nos. Aiebat ergo  
vbi veris tempus longiorē fecerit diē/ necesse est vt nox breuior fiat. si  
quis ergo studiorū causa/ noctis aliquid occupare desiderat: non in omni tempore  
easdē horas obseruare debet ad vīgilandū/ sed eadē temporis spatia: siue breuior/  
siue longior sit nox/ dormiendo cōsumere. & curare magnopere: ne presumens ex  
iis spaciis que habere ad studēdū solet/ addat somno/ & vīglādi tempus īminuat.  
obseruandū nāque & illud est: ne forte si nondū decoctis cibis interrumpatur som-  
nus/ indigestū corpus aggrauet mētē/ & crudos adhuc exhalans cibos/ sp̄ritus in-  
teriorē sensum cōfusum reddat ac turbidū. rectū ergo est: vt competēti etiā pars  
ista quiete foueatur/ quo possit sufficiēter iis (que sibi debētur) corpus expletis/ iu-  
stum in reliquis menti exhibere ministerium.

Cap. II.

PETRVS

e Tcū hec dixisset: plurimis iam consueto in orti loco ad audiendū cōgrega-  
tis/ processit Petrus. Et salutatis ex more turbis: dicere hoc modo cepit. Quo-  
niā quidē sicut terra cultore neglecta/ spinas & tribulos necessariō producit: ita sen-  
sus vester longi téporis incuria/ multas & noxiās opiniones rerū/ & intelligentias  
false scientie germinauit. opus est nūc multa diligentia/ ad excolendū rus mētis ve-  
stre: vt id sermo veritatis/ qui est verus & diligens cordis colonus/ assiduis excolat  
disciplinis. vestrū est ergo prebere ei obediētiā: & occupationes ac solicitudines su-  
perfluas amputare/ ne bonū verbi semen/ necet noxiū germen/ potest enim fieri vt  
multi téporis negligentiā: breuis & assidua reparet diligētiā. incertū nāque est vnius  
cuīusque vite tépus: & ideo festinandū est ad salutē/ ne forte cunctantē/ mors repen-  
tina preueniat. & ob hoc acrius innitēdū est: vt dū est téporis spaciū/ collecta ma-  
le cōsuetudinēs vicia reſecentur. quod non aliter facere poteritis: niſi vt irascamini  
quodāmodo aduersus vosmet ipsos/ pro iis que inutiliter gessistis ac turpiter. hec  
enim est iusta & necessaria iracūdia: qua vnuſquisque in iis quibus errauit & perpe-  
ram gessit/ indignatur & semetipsum incusat. ex qua indignatione accēditur in vo-  
bis ignis quidā: qui velut agro sterili īmissus/ & consumptis & excoctis radicibus  
pessime voluptatis/bono semini verbi dei/ fecundiores cordis preparat glebam.  
Puto autem quod satis dignas habeatis causas iracūdie/ ex quibus iustissimus ignis iste  
coalescat: si cōsideretis in quantos vos errores seduxit ignorantie malū/ quantosque  
lapsus & ad quāta precipitā ad peccandū dedit/ a quātis vos bonis abstraxit/ & in  
que precipitauit mala. & quod est sup omnia grauius: quod vos in futuro seculo erer-  
nis penis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus vbi vobis veritatis lumen efful-  
sit: ignis iustissime indignationis accēditur/ & iracūdie deo placite intra vos cōlur-  
git incendiū/ quo cōsumatur & radicitus intereat/ omne germen si quod forte in-  
tra vos male cōcupiscentie pullulauit: Vnde & ipse qui misit nos cum venisset/ &  
omnē mūdū vidisset ad maliciā declinasse: non continuo pacē in erroribus posito  
dedit/ ne eū cōfirmaret in malis/ sed ignorantie eius ruinis scientiam veritatis oppo-  
suit. vt si qui forte resipiscerent & lumen veritatis aspiceret: deceptos se & in precipi-  
tia erroris abstractos merito dolerent/ & iracundie salutaris ignem/ aduersus dece-  
ptricem sui conciperet/ ignorantiam. ob hoc itaque dicebat: ignē veni mittere in ter-

**d** Icis ergo/ indignatur aut inuidet deus: si cū ipse benefaciat/ aliis gracie refē-  
rantur. Etiam si non indignetur: non vult tamē erroris actor existere/ vt sui  
operis beneficio/ inani idolo fides detur . quid certe tā impiū/ tam ingratū: q̄ a deo  
beneficiū cōsequi/ & reddere lignis & lapidibus gratiam? Propter quod expurgisci  
mīni/ & intelligite salutē vestrā. deus enim null⁹ indiget/ neq̄ aliquid requirit/ neq̄  
ab aliquo: sed nos sumus qui aut iuuamur/ aut ledimur in eo/ q̄ grati aut ingratii su-  
mus. nā deo quid confertur ex laudibus nostris/ aut quid aufertur ex blasphemis:  
nisi q̄ deus animā sibi gratias agentē/ proximā sibi & familiarem facit/ ingratam ve-  
ro mal⁹ possidet demon? Sed illud scire vos volo: q̄ aduersum huiusmodi animas/  
nō ipse deus per se vltionē profert/ sed vniuersa creatura eius insurgit/ & penas de  
impiis sumit . & quis in presenti seculo dei bonitas equaliter piis & impiis mūdi lu-  
cem ac terre ministeria largiatur: tamē nō absq̄ dolore sui/ lucē sol impiis p̄bet/ ce-  
tera q̄ elemēta exhibent seruitutē. deniq̄ interdū etiam cōtra bonitatē cōditoris fati-  
gata: sceleribus impiorū vincūtur elemēta. & inde est q̄ aut terre fructus corrūpīt/  
aut aeris téperies nō temperatur/ aut supra modū ardor solis incēditur/ vel imbrīt  
aut frigorū vis imēsa diffunditur: inde lues & fames/ & mortis facies diuersa pcur-  
rit. festinat enim creatura: in ipios mouere vindictā . dei tamē bonitas reprimit eā/  
& ab impiorū indignatiōe refrenat: ac sue misericordie obediē cogit magis/ q̄ pec-  
catis hominū & scelerib⁹ iflāmari. expectat enī patiētia dei: dū in hoc corpore sūt/  
hominū cōuersiōne. quod si v̄sq̄ ad exitū vite in ipietate p̄stiterint: tūc iā discedēs  
anima q̄ imortalis est/ pro ipietatis sue pleuerantia/ luet penas imortales. nāq̄ sunt  
etiā impiorū anīme/ quas ipsi fortasse velint pariter cū corporibus suis finiri: sed nō  
ita ē. p̄ferēt enī ignis eterni sine fine supplicia: & ad pñicē sui/naturā nō habēt mo-  
riēdi. **Sed fortasse dicetis michi:** terres nos Petre. Et quomō vobis dicem⁹: q̄ in re-  
sunt: nūquid tacētes anūciare possim⁹ veritatē: q̄ sunt: aliter q̄ sunt proferre nesci-  
mus. quod si taceam⁹: causam vobis pñciole ignorātiae nos dabim⁹ & satisfaciem⁹  
latēti intra vos & obsidēti sensus vestros serpēti. q̄ hec vobis callide suggesterit: vt sēp  
vos inimicos faciat deo. sed nos ad hoc missi sum⁹: vt pdam⁹ vobis latebras ei⁹/ &  
absoluētes inimicitias/recōciliem⁹ vos deo. vt ad ipsū cōuertamini: & placeatis ei in  
opib⁹ bonis. Inimicitie nāq̄ sunt homini ad deū: irrationabilis & impius sensus/  
prauic⁹ propositū. maxime cū videtur scire sibi aliquid: & est in ignorātiae. vbi au-  
tem abiectis his eadē vobis placere ceperint que deo placēt/ & eadē displicere/ atq̄  
ea ceperitis velle que vult deus: tūc vere amici eius dicemini.

Cap. VIII.

**f** Ed fortassis alijs ex vobis dicat: nichil cure eē deo de reb⁹ hūanis. & cui⁹/ ne  
ad notitiā qđē possum⁹ puenire: quomodo ad ei⁹ amicitia pueniemus? Qđ  
de⁹ curā gerat hūanarū rerū: ipia mūdi gubernatio testis est/ cui sol quotidie deser-  
vit/ cui imbrēs ministrant/ cui fontes/ flumina/ vētic⁹/ & oīa famulan⁹ elemēta. que  
quāto potiora hoib⁹ vident: tāto curā dei esse erga hoīes indicant. nisi enim pote  
state excelsi: nūq̄ potiora inferiorib⁹ ministraret. & p̄ hoc non solū curā deus erga  
hoīes: sed & grādē quēdā habere doceſ affeſtū/ quorū ministerio tā p̄clara mācipa-  
uit elemēta. Q̄ autē etiā ad amicitias dei pueniat hoīes: exēplo nobis sunt ii quorū  
precibus tātū indulſit/ vt & clauderet imbribus celū cūvellēt/ & rursum cū peterēt/  
relaxaret. & multa alia/ voluntatem suam facientibus preſtit: que non nī amicissi  
mis prestarentur. **Sed dicis.** quid enim leditur deus: si & ista colātūr a nobis? Si  
quis vestrū honorē patri debitū/ a quo plurīma beneficia cōsecutus est/ aliī defe-

PETRVS

De anima sic  
imortali vt si  
etiā morivelit  
non possit.

PETRVS

rat/ & alienū atq; extraneū quasi patrē colat : nō tibi videtur impius existere in pa-  
trē/ & exheredatione dignissimus: ¶ Alii dicunt. Impiū est: si nō colamus ea/ que  
nobis tradita sunt a parētibus nostris/ & religionē preuaricem⁹ a maioribus datā.  
Hac ratione: si cuius pater latro fuit/ si filius a parētibus sibi traditā cōsuetudinem  
mutare nō debet/ nec ad meliorē viā a paternis erroribus reuocari: etiā impiū du-  
cetur si quis nō cū parētibus peccet/ aut nō cū ipsis impius perseueret. ¶ Alii dicunt.  
Non debemus molesti esse deo: & ipsum semp aut miseriā querelis/ aut petiti-  
onū nostrā necessitatibus onerare. Q̄ stulta & absq; omni sale respōsio. molestū  
deo putas: si ei pro beneficiis suis gratias agas . cui molestū nō putas: si pro ipsis  
muneribus/ lignis & lapidibus gratias referas. & quomodo/ cum forte imber lōga  
serenitate suspēditur: omnes/ oculos ad celū tēdīmus/ & ab omnipotente deo plu-  
tiarū munera flagitamus/ omnesq; cū paruulis/ fusis precibus/ miserationes ipsis  
exoram⁹: sed reuera ingrate anime cū impetraverint: cito eū obliuiscitur. collectis  
enim messibus/ aut vindemiis: cōtinuo ad surda & mura simulachra primitias fru-  
gū deferūt. & pro iis que deus cōcessit: in téplis ac lucis vota persoluūt/ & sacrificia  
demonibus offerūt. atq; accepta gratia: pmutāt gratie largitorem. Cap. VIII.

PETRVS

s. Ed quidā dicūt/ hec letitie gratia/ & ad reueādos animos istituta: & ad hoc  
inuēta/ vt humana mēs aliquātulū curis & merorib⁹ relaxetur. Videte quo-  
modo ipsi accusatores estis: eorū que geritis. si hec leuādi meroris & letitie capiéde  
causa/repta sunt: quomodo i lucis & siluis inuocationes demonū fūt: quomodo  
insani rotatus hominū/ sectionesq; mēbrorū/ & abscessiones verēdorū: quomodo  
in his furor rabidus concipitur: quomodo inuitatur insanī: quomodo mulieres  
sparsis crinibus: furibūde iactātur: Vnde stridor & fremitus dēfūt: vnde mugitus  
cordis/ & viscerū: & omnia illa que vel simulata/ vel etiā ministerio demonū cōpa-  
ginata tā ad terrorē stultorū/ q̄ & ignoratiā hominū proferūt: hec leuādi animi  
gratia fūt: an potius opprimēdi: Nōdū sentitis neq; intelligitis: latentis intra vos  
serpētis/ hec esse cōsilia. q̄ vos p irrationalib⁹ errores/ ac suggestiones a ratione ve-  
ritatis abducit: vt vos libidinis/ & cōcupiscētie/ ac toti⁹ dedecoris seruos teneat ac  
ministros. sed ego clara vos omnes predicationis voce cōtestor: q̄ ecōtrario religio  
dei ad sobrietatē vos reuocat/ & pudiciciā. a luxuria & furore iubet esse cōtinētes:  
& p patiētiā ac māsuetudine resēcare lapsus iracūdie/ propriis esse cōtētos/ & virtu-  
te parcimonie/ nō egestate qđ ēsse cōpulsos aliena diripere/ sed i oīb⁹ seruare iusti-  
ciā/ ab idolorū vos īmolationib⁹ penit⁹ remouere. p hec enī inuitatis demones ad  
volmetiplos: & introēdi eis aditū spōte p̄betis. & ex hoc iā vel furoris causas/ vel  
illicti clamoris accipitīs. hinc oīs ipietatis origo descēdit: hinc homicidia/ adulteria/  
furta/ & seminariū malorū omnīū flagitiorū/ cōcipi⁹/ dū prophanis libaminib⁹ &  
odorib⁹ indulgetis/ & locū dominādi in vos & ius quodā modo optimendi/ malis-  
gnis spiritib⁹ datis. Ingressi enī sensus vestros: qđ nīsī q̄ libidinis sunt/ q̄ inūsticie/ q̄  
crudelitatis sunt/ operant⁹: & ad oīa vos (q̄b⁹ ipsi delectant⁹) subiugāt obedire: per-  
mittēte reuera hoc deo patī vos ab eis/ iusto quodam iudicio/ vt ex ipso dedecore  
actuū/ sēsuūq; vestrorū itelligatis/ q̄ idignū sit demonib⁹ & nō deo eē subiectos. hīc  
& ad indecoros & fedos act⁹: p amicitias demonū puenit. hīc vsc̄ ad ipsi⁹ vite pni-  
ciē: vel p flāmā libidis accēdī/ vel p iracūdie rabiē/ aut nūmietatē tristitie puenit. vt  
sepe notū est etiā sibi man⁹ itulisse nōnullos. qđ (vt dixim⁹) iusta qđā dei sētētia fie-  
ti ab iis nō phibet: vt & q̄b⁹ se subdiderit itelligāt/ & quē descruerit recognoscāt

ram / & quem volo ut accendatur, est ergo pugna quedam : que gerenda nobis est in hac vita. sermo enim veritatis & scientie/necessario separat homines ab errore & ignorantia: sicut sepe videmus putrefactas corporis carnes/a nexione viuentium mēs brorum ferro secante separari. tale ergo aliquid est: quod agit veritatis agnitiō. ne cessē est enī vt salutis causa/ filius (verbī gratia) qui sermonē receperit veritatis: a parentibus separetur incredulī/aut rursum pater separetur a filio/aut filia a matre. & hoc modo inter propinquos & consanguineos/credentes atq̄ incredulos: scientie & ignorantie/veritatisq̄ & erroris pugna consurgit. Et ob hoc iterum inquit qui nos misit: non veni pacem mittere in terram/sed gladium. ¶ Quod si dicit aliquis: & quomodo iustum videtur separari filios a parentibus? Audi quomodo. quia si cum ipsis in errore permaneant: neq̄ illis proderunt/ & ipsi cum illis pariter interibunt. iustum igitur/& valde iustum est: separari eum qui saluari vult ab eo qui nō vult. Sed & illud aduerte: quia non ex illis qui rectius intelligunt/venit ista separatio. illi enim volunt esse/pariter & prodesse eis/& docere meliora: sed est istud propriū ignorantie viciū/ vt eā/ confutantis veritatis lucē nō ferat habere de proximo/& ideo ex illis ista nascitur separatio. nam qui scientiam veritatis accipiunt que bonitatis plena est/tanq̄ a bono deo datam/cupiunt eam si fieri potest/cum omnibus habere communē/etiam cū iis qui oderunt eos & persequuntur. sciunt enim q̄ peccati ipsorum causa: ignorantia est. Propterea deniq̄ ipse magister cum ab iis qui ignorabant eum/duceretur ad crucem: orabat patrem pro interfectoribus suis/ & dicebat. pater/remitte eis peccatum: non enim sciunt quid faciunt. imitantes quoq̄ discipuli magistrum: etiam ipsi cum paterentur/similiter pro interfectoribus suis orabant. Q̄ si disciplina est nobis orare etiam pro interfectoribus & psecutoribus nostris: quomodo non etiam parētum & propinquorum persecutions ferre/& pro conuersione eorum orare debemus? Tum deniq̄ etiam illud diligentius consideremus: que sit nobis causa parentes diligendi. pro eo inquis q̄ vite nostre habentur actores. actores quidem nostre vite parentes non sunt/sed ministri. non enim vitā prebent: sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium. actor autem vite/vnus & solus est deus. Si ergo actorem vite diligere volumus: illum nobis sciamus esse diligendum.

Cap.III.

PETRVS

**F** Ed illum inquis cognoscere non potuimus: istos autem & nouimus & in affectu habemus. Esto cum non potueris agnoscere quid sit deus: quid tamen non sit deus per facile scire potuisti. nā quomodo latere potuit hominem: q̄ lignū/aut lapis/aut es/vel alia huiusmodi materia/deus non sit: q̄ si in iis que facile deprehendere potuisti/ animū ad discutiendū noluisti intendere: certū est q̄ & in agnitione dei impediti estis/non impossit. litatis sed ignauie vicio. nam si voluissetis: ex his ipsis inutilib⁹ simulacris/profecto accepissetis intelligentie viā. certum est enim quia per ferrum facta sunt simulacra/ferrum vero per ignem confectum est: qui ignis aqua extinguitur/aqua autem per spiritum mouetur/spiritus autem a deo initium habet. sic enim dicit Moses propheta. in principio fecit deus celum & terram: terra autem erat inuisibilis & incomposita/& tenebre erant super abyssum/& spiritus dei erat super aquas. qui spiritus iussu dei/quasi ipsa cōditoris manus lucem separauit a tenebris: & post illud inuisibile celum/ istud visibile produxit. vt superiora quidem/habitaculum ficeret āgelis: inferiora vero hominibus. propter te ergo dei iussu/aqua que erat super faciem terre/secessit: vt terra tibi pro-

## Liber

duceret fructus, cui etiam humorū venas latenter inseruit: vt tibi ex ea profluerent fontes & flumina. propter te iussa est producere animātia/ & cīnia que tuo vīsi voluntatiq̄ seruirent. an non propter te venti spirāt: vt ex ip̄s concipiēs fructus/ tibi terra parturiat? non propter te im̄bres profluūt/ & tempora vicissitudines mutant: non propter te sol oritur & occidit: & mutationes luna perpetiūt: propter te mare exhibet famulatū suū: vt tibi ingrato cuncta subiaceant. nonne pro his omnibus iusta erit vltionis pena: quia horum omniū largitorem/quem ante omnia & agnoscere & venerari debuisti solum pre ceteris ignorasti? Sed & nunc eisdē vos ad hanc intelligentiam viis duco. videtis etenim quod omnia gignuntur ex aquis: a qua vero per vnigenitū/ex initio facta est. vnigeniti vero omnipotens deus caput est: per quem talī ordine (quo supradiximus) peruenit ad patrem. cū autem peruerteris: agnosces hāc esse volūtatem eius/ vt per aquas que p̄ime create sunt/ denuo renascaris. qui enim regeneratus fuerit per aquam/bonis operibus adimplētus: heres efficietur eius/a quo in incorruptione generat⁹ est. Propter quod paratis animis accedite quasi filii ad patrem: vt peccata vestra diluātur/& causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud deum. nam si post agnitionem horum permaneritis in incredulitate: vobis iam perditionis vestre causa/& non ignorantie/reputabitur . nec putes q̄ etiam si omnem pietatem colas/ omnēq̄ iusticiam/baptismū vero nō accipias: spem possis habere apud deum. imo potius maiore pena dignus eris: qui bona opera non bene operaris . confertur enim/meritum homini ex bonis gestis: sed si ita gerātur/sicut deus iubet . deus autem iussit omnem colementem se: baptismo consignari. Qd̄ si tu reniteris & tue voluntati magis q̄ dei obtemperas: contrarius sine dubio & inimicus volūtati eius existis.

Cap.III.

PETRVS.

1 Ed dices fortasse. Quid confert aque baptismus ad dei cultum? Primo quidem quia quod deo placuit: impletur. secundo quia regenerato ex aquis/& deo renato: fragilitatis prioris natuitas/que tibi per hominē facta est/amputatur. & ita demū peruenire poteris ad salutem: aliter vero impossibile est. sic enim nobis cum sacramento verus propheta testatus est dicens: amen dico vobis nisi quis de novo renatus fuerit ex aqua/non intrabit in regnum celorum. Et ideo accelerate. est enim in aquis istis: misericordie vis quedā. que ex initio ferebat super eas: & agnoscit eos qui baptisantur sub appellatione trīplīcī sacramenti. & eripit eos de suppliciis futuris: quasi donū quoddam offerens domino animas/ per baptismū cōsecretas. Configite ergo ad aquas istas. sole sunt enim: que possint vim futuri ignis extinguere. ad quas qui moratur accedere: constat in eo infidelitatis adhuc dolū manere/& ab ipso prohiberi/ad aquas que salutē cōferunt properare. siue enim iustus sis/siue iniustus: baptismus tibi per omnia necessarius est. iusto quidē vt adimplēatur in eo perfectio/& regneretur deo. iniusto vero vt peccatorū que gessit in ignorantia/remissio concedatur. omnibus ergo festinandum est sine mora renasci deo: quia incert⁹ est vniuersitatis exitus vite. cum autem regeneratus fueris per aquam: ex operibus bonis ostende in te similitudinem eius/quī te genuit patris. agnouisti enim deum: honora patrem. honor autem eius est: vt ita viuas/sicut ille vult. vult autem te ita viuere: vt homicidium/adulterium nescias/ odium/auariciam fugias/ iram/superbiā/factantiam respicias/& execreras iniūdiam/ceteraq̄ his similia pentas a te ducas aliena. Est sane propria quedam nostre religionis obseruantia: que non tam imponit hominibus/q̄ ab unoquoc̄ deum colente/causa puritatis ex-

petitur/castimonie dico causa/cui<sup>9</sup> species multe sunt. Sed primo vt obseruet vnus quisq; ne menstruate mulieri misceatur . hoc enim execrabile ducit lex dei/ quod si lex de his non admonuisset: nos libenter volueremur in stercore? debemus aliquid amplius habere animalibus/ vt pote rationabiles homines & celestium sensuum capaces: quibus summi studii esse debet/ ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. bonum est autem & puritat<sup>i</sup> conueniens: etiam corpus aqua diluere. bonū vero dico/non quasi principale illud/in quo mens purificatur: sed quod sequela sit illius boni hoc/in quo caro diluatur . sic enim & magister noster quosdā phariseorum & scribarum/ qui videntur esse ceteris meliores/ & a vulgo separati: increpabat/dicens eos ipocritas. qā ea sola que ab hominibus videbantur: purificabāt. corda vero / que solus deus aspicit: inquinata relinquebant & sordida. ad quosdam ergo ex ipsis/non ad omnes dicebat: ve vobis scribe & pharisei ipocrите/quia mundatis calicis & parapsydis quod de foris est / intus vero plena sunt sordibus . Pharisee cece emunda prius quod intus est : & quod de foris est erit mūdum. vere enim si mens mundetur luce scientie: cum ipsa fuerit mūda ac splendida/tunc etiam eius qui de foris est hominis/ipsa necessario curam gerit(id est carnis sue)vt & ipsa purificetur. vbi autem ista que deforis est/ purificatio carnis negligitur: certum est/ ibi neq; de puritate mentis ac mundicia cordis curam geri. ita ergo fit/ vt is quidem qui intrinsecus mundus est: mūdetur sine dubio & extrinsecus. non semper autem is qui mundatur extrinsecus : etiam intrinsecus mundus/ videlicet cum agit hec/ vt hominibus placeat.

## Cap. V.

**f** Ed illa species castimonie obseruāda est: vtī ne passim & libidinis soli<sup>9</sup> causa feminis conueniat/ sed posteritatis reparande gratia . que obseruantia cū in nonnullis etiam pecudibus inueniatur : pudoris est/ si non ab hominibus rationabilibus & deum colentibus obseruetur . in tantum autem castimonia verum dei cultum tenentibus: per has quas supra dixi/aliasq; horum similes species conseruanda est/ vt etiā apud eos qui a diabolo adhuc in erroribus detinentur/attentius obseruetur. est enim & apud illos nonnulla obseruantia castimonie . quid ergo q; errantes/custodiebatis: hoc non obseruabitis emendati: Sed fortasse dicet aliqs vestrum. oportet ergo nos omnia que fecimus dū coleremus idola: custodire. Nō omnia: sed quecunq; benefiebant/hec etiam nunc conuenit obseruare. quia si quid recte fit ab iis qui in errore sunt: certum est id a veritate sumptum. quia & si quid in vera religione non recte fit: non est dubium/quin ab errore mutuatum sit. bonum namq; etiam si ab errantibus gestum fuerit: bonum est. & malum etiam si ab iis qui veritatem sequuntur gestum fuerit: malum est. Aut nunquid ita desipimus: vt si via deamus eum qui idola colit esse sobrium : nos qui deum colimus/sobrii esse recusem<sup>9</sup>/ne eadem facere que ille qui colit idola videamur? Non ita est: sed sit nobis studium/ vt si illi qui errant/homicidium non faciunt/ nos ne irascamur quidem . & si illi adulterium non admittunt: nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem. si illi amant proximos suos: nos diligam<sup>9</sup> etiam inimicos nostros. si illi mutuo dāt iis qui habent vnde reddant: nos etiam iis demus/ a quibus recipere non speram<sup>9</sup>. & per omnia nos qui eterni seculi hereditatem speramus: debemus precellere eos/ qui presens tantum seculum norunt . scientes quia si opera eorum nostris operib<sup>9</sup> collata/in die iudicii similia inueniantur ac paria: confusio nobis erit/q; equales inueniamur in operib<sup>9</sup>/iis/qui propter ignorantiam condementur/& nullam spem

PETRVS

futuri seculi habuerunt. & vere digna confusio est: vbis nichil amplius gessimus ab iis/quibus amplius intellexerimus. Quid si confusio nobis erit eis inueniri in operibus bonis: quid erit nobis/si inferiores nos ac deteriores examinatione futura repperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipse verus propheta docuerit.ad eos enim qui negligunt audire verba sapientie: ita ait. regina austri surget in iudicio cum generatione hac:& condemnabit eam. quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis: & ecce plus q̄ Salomon hic/& non audiunt. ad eos vero qui de malis actibus/gerere penitentiam detractabant: ita ait. viri niniuite surgēt in iudicio cum generatione hac: & condemnabunt eam. quia penitentiam egerunt in predicatione Iona: & ecce plusq̄ Iona hic . Vides ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege (adductis ad exemplum illis/ qui ex gentili ignorantia veniebant : & ostendens eos nec illis equeles esse/qui in errore positi videbantur ) ex ipsa tantum comparatione cōdēnat. ex quibus omnibus/sermo quem proposuimus approbatur/& castimonia que aliquatenus etiam ab iis qui in errore sunt positi/ custoditur : multo purius & attentius & per singulas qualq̄ (sicut supra ostendimus) species/a nobis qui veritatem sequimur teneatur . eo magis: quo apud nos/ obseruantie eius premia eterna sunt posita.

## Caput. VI.

**Clemens baptizatur**

**h** Ec & his similia cum dixisset Petrus: turbas dimisit. & ex more cum familiis suis cibo sumpto/ quievit. hoc autem modo/ per tres continuos menses cum verbum dei doceret/& plurimos conuerteret ad fidem; ad ultimum ieunare me iussit.& post ieunium: in fontibus qui contigui habentur mari/ per emnis aque michi baptismum dedit . Cunq̄ pro regenerationis gratia diuinitus michi collata/ feriati cum fratribus & leti egissemus: Petrus eos qui ad precedendum fuerant ordinati/proficiisci antiochiam/iubet/ atq̄ ibi tres alios expectare menses. quibus profectis: ipse eos qui fidē domini plene receperant/adducens ad fontes (quos mari contiguos supradiximus) baptizauit. & eucharistiam frangens cum eis: Maronem qui eum hospitio receperat/perfectum iam in omnibus/cōstituit eis episcopum/ & duodecim cum eo presbyteros/simulq̄ diacones ordinat . instituit etiam ordinem viudarū: atq̄ omnia ecclesie ministeria disponit. Vniuersosq̄ admonet: Maroni episcopo in omnibus que precipiat obedire . & ita cunctis competenter dispositis: cum tempus trium mensium fuisse expletum/ vale dicentes iis qui fuerant apud tripolim/antiochiam proficisciuntur.

**Maro ordinatus episcopus triopolitanus.**

**Petrus minister ecclesie ordinatus**

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
LIBRI SEXTI  
FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
LIBER SEPTIMVS.

Cap.I.

Gressi tandem etiam trīpolīm phenīcīs vrbem: primam in ortōsiade/  
e haud procul a trīpolī fecimus mansionem. vbi sequenti quoq; die re-  
morati: quia omnes pene qui deo crediderant/ dū diuellī a Petro ne-  
queunt/ illo vsc; seuti sunt. Inde antharadum venimus. sed q; multi  
nos comitarentur: ait Petrus ad Nicetam simulq; & Aquilam. quoniā quidē plus  
ritime fratribus turbe nobiscum sunt/ & ingredientes singulas quasq; vrbes/ non pa-  
rum inuidie contrahimus: videtur mīchi prouidentum/ vt neq; ipsis ingratum sit  
si prohibeantur sequi/ neq; nobis pompe alicuius excitet malignus inuidiam. cēleo  
itaq; te Nicetam & Aquilam precedere nos cum ipsis: ita vt etiam vos/ in duas par-  
tes diuisam multitudinem ducatis. vt sparsim magis q; sub vna congregacione  
iter agentes/ singulas quasq; introeamus gentium ciuitates. scio autē quia triste vo-  
bis videbitur: q; videamini a me/ duorum saltē dierū spacio separari. credite mi-  
chi: quia qua mensura diligitis me/ decuplo amplior mīchi quoq; erga vos affectus  
est. sed si pro affectu quem adinuicem gerimus/ non faciamus que conuenientia &  
honesta sunt: irrationalis huiusmodi amor videbitur. & ideo nequaq; titulo cha-  
ritatis imminuto: que vtilia videantur ac necessaria procuremus. maxime cum nul-  
lus dies possit intercedere: quo nō disputationib; meis interesse possitis. per singu-  
las quasq; nobiliores prouinciarum ciuitates: proposui (sicut etiam vos scitis) ter-  
nos docendi gratia/ residere menses. nunc etiam/ laodiciam que est vrbis proxima:  
precedite me/ & ego post bīdū aut trīdū/ quantum ad propositum meū spe-  
ctat/ assequar vos. operimini autem me ad proximū porte ciuitatis stabulum. & in-  
de interim cum dies ibi aliquot trāsegerimus: precedetis me ad vltiores ciuitates.  
& hoc vos facere per singula cupio: declināde (quantū in nobis est) inuidie gratia.  
& vt fratres qui nobiscum sunt: vestri prouidentia/ per singulas ciuitates parata  
inuenientes hospitia/ minus vagari videantur. hec dicente Petro: necessario acqui-  
escunt dicentes. non valde nos contristat hoc agere: quia a te iubemur/ qui omnia  
bene & agere & bene consulere pro Christi prouidentia electus es. sed vna die aut  
si multum bīdū/ quāuis grande sit in hoc omni spacio nō videre dominū nostrū  
Petrum: tamen tolerabile est. consideramus enim quid patientur illi duodecim fra-  
tres nostri: qui precedunt nos/ & mēsem pene integrū ex tribus mensibus quibus  
per vnam quācq; vrbem resident/ tanto bono auditus tui visionisq; fraudantur. vt  
ergo iubes: quia recte omnia iubes/ agere non morabimur. Et his dictis precesserūt:  
acceptis mandatis/ vt extra vrbem alloquerētur fratres qui secum iter agebant/ ne  
constipati quasi cū tumultu/ sed sparsim & in binos diuisi ingrediantur ciuitates.

Cap.II.

v Erum vbi illi profecti sunt: ego Clemens valde gauisus sum/ q; me secū esse  
fecit. & aio ad eum: deo gratias ago/ q; me non premisisti cum aliis. nam tri-  
stitia interissem. ¶ Tum Petrus: & quid fiet inquit/ si necessitas exegerit mitti te alia  
quo doctrīne gratia: separatus a me pro vtilitate/ morieris: nec tibimet ipsi impera-  
bis ferre patiēter/ que necessitas imposuerit: an ignoras q; a nīci semper simili sunt/  
& licet corporibus separantur/ memoria tamen iunguntur: sicut econtrario: non  
nulli corporibus vna positi/ animis diuiduntur. ¶ Et ego respondi: non putes mi-

Clemens  
PETRVS

Clemens

domine/hec me irrationabiliter pali: sed certa & causa & ratio est huius erga te affectus mei. te enim solum pro omnibus meis affectionibus habeo: pro patre/pro matre/pro fratribus. super hec autem omnia est: quod michi salutis causa & agnoscende veritatis/tu solus existis . sed & illud non michi in postremo habetur loco: quod iuuenilis etas que in me est/concupiscétiarum insidiis subiacet. & vereor esse sine te: cuius solam presentiam omnis luxuria/ quis ratione careat erubescit. licet cōfidam de misericordia dei : q̄ etiam sensus meus ex iis que per doctrinam tuam concepit/alitū iā aliquid cogitatione recipere nō possit . Preterea memini te apud Cesaream dixisse: vt si quis vult: me(salua pietate)comitetur. salua autem pietate dicebas: vt neminem cōtristaret/cui secundum deum solatum deberet adhibere. verbis gratia ne vxore fidelem relinquere/vel parentes/ vel alias huiuscmodi personas/ a quibus ego valde liber sum:& ideo aptus ad sequendum te. atq; vtinā michi concedas: vt tibi etiam serui ministerium exhibeam. ¶ Tū Petrus ad hec ridens ait. Et quid putas Clemens: nisi q̄ te ipsa necessitas michi faciat seruum. nā quis michi poterit aliis sternere lindones/& stragula pulchra componere? quis seruare anulos: & indumenta que assidue mutare debeam preparabit? quis etiam cocis imperabit:& diuersa atq; electa pulmentaria prouidebit? que arte vt scis maxima & varia prepartantur: & omnia illa que hominibus molliter institutis/imo potius cupiditati eorum velut immanissime cuidam bestie iniustis quesita sumptibus conuectantur. Sed forfasse quis mecum positus videaris: nondum agnoueris vitam meam . panis michi solus cum oītūs/& raro cum oleribus in vsu est . indumentum autem hoc est michi quod vides/tunica cum pallio. & hec habens: aliud nichil requiro. hoc michi sufficit: quia mens mea/non hec presentia/sed ad illa que eterna sunt aspicit . & ideo nichil me rerum presentium visibiliumq; delectat. unde tuum quidem erga me bonū animū amplectior: & miror magis ac laudo quomodo cum sis vir ex consuetudine multe abundantie veniens/tam cito transferre & aptare te potueris ad hanc vitam nostrā/que solis necessariis vtitur. nos enim a puero(id est ego & frater germanus meus Andreas) non solum orphani/sed & valde pauperes creuimus: & necessitate operarii esse cōsueuimus. unde & nunc facile vexationes itineris ferimus. sed potius si michi acquiesceres & pmitteres: ego magis homo operarius/facilius tibi possem seruus implere ministerium. ¶ At ego Clemens hec audiens/contremui: & lachrime michi continuo proruperunt/q̄ talem michi sermonem dixerit vir tantus/ quo omnis mundus habetur inferior. ¶ Tum ille lachrimantem me videns: causam perconctatur. ¶ Cui ego respondi. Quid tantum in te peccavi: vt me talis sermonē onerares? ¶ Et Petrus. Si malum est inquit/quod dixi/ut seruiam tibi: tu prior peccasti/hoc michi dicendo. ¶ Et ego. Non est inquam simile. me enim detet hoc tibi facere: tu autem qui dei summi preco ad saluandas animas hominum missus es/grauē est vt hoc michi dicas. ¶ Et Petrus. Acquiescerem tibi inquit: nisi dominus noster/qui ad salutem totius mundi venit/& qui erat omni creatura nobilior/seruire passus esset. vt nobis suaderet: non erubescere fratribus nostris/seruorum exhibere ministerium. ¶ Tum ego. Si puto q̄ possim te vincere:valde stultus sum. veruntamen ago gratias prouidentie dei: q̄ parentum loco te habere merui. ¶ Tum Petrus. Nemo (inquit) vere ex genere tibi super est: ¶ Et ego respondi. Sunt quidem multi potentes viri: ex Cesariis prosapia venientes . nam patri/ut po te propinquuo suo & yna educato/nobilis ac eque familie/Cesar ipse iūxit uxorem.

PETRVS  
Faceta iro-  
nia.

Cib⁹ PETRI  
& vestitus /&  
conditio sua.

Clemens

PETRVS  
Clemens  
PETRVS  
Clemens

PETRVS

Clemens

PETRVS  
Clemens,

anem 10

ex qua duos geminos ante me filios suscepit: nō valde (vt aiebat pater) sibi inuitem similes. ego enim eos non adeo sciebam: sed nec matris quidem valde memor sum. sed quasi per somniū: ita tenuiter vultus eius speciem recolo. mater ergo mea Matidia/pater Faustinianus vocatus est/ fratrū autem meorum/ alter Faustinus/ alter Faustus dicebatur. interea cum ego quīng vix essem annorum: mater sicut a patre dīdici/ somniū vidit. quo moneretur: nisi cum duobus filiis suis geminis confestim urbem fuisset egressa/ & fuisset decem annis peregrina/ ipsam pariter cum liberis interitu exitiali periturā. Tum pater qui tenere diligebat filios: adiunctis seruis & ancillis ac sumptibus sufficienter prebitis/ naui impositos cū matre filios athenas mittit erudiendos/ me solum sibi filium ad solatium retinens/ & in hoc quidem gratias agens/ quia non etiam me imperauit somniū cum matre discedere. Anno autē completo: pater misit ad eos athenas homines & sumptus/ scire simul cupiens qd agat. nec tamen redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno mestissimus pater mittit alios cum pecuniis: qui quarto anno regressi/ nūciant nec̄ matrem/ nec̄ fratres vidisse/ sed nec̄ athenas eos peruenisse omnino/ nec̄ vñq̄ alicuius saltē qui cum ipsis fuerant/ vestigium repertum. Pater hec audiens/ & multa tristitia obstupefactus/ ne sciens quo tenderet/ aut vbi quereret: vna mecum descendit ad portum/ & require re a nautis cepit/ sicubí aliquis eorum vidisset aut audisset aliquid/ corpus mulieris ante quartuor annos cum duobus paruulis electum. cum multi multa dicēr̄/ nec̄ aliquid nobis elucesceret tam immensum pelagus perscrutantibus: pro multo tamen affectu/ pater quē erga suos gerebat/ pascebatur vanis spebus. donec visum est ei: vt me sub procuratoribus ordinatum rome relinquere/ cū essem annorum duo decim/ & ipse pergeret ad requirendum. Flens itaq̄ descendit ad portum: & nauem conscedens profect⁹ est. Et ex eo/ vñq̄ in hodiernū diē nec̄ litteras eius accepi/ nec̄ si viuat aut defunctus sit/ noui. sed magis suspicor: quia & ipse obierit/ aut tristitia viētus/ aut naufragio. Annī etenim viginti elapsi sunt/ quibus hec gerūtur: & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis venit. **P**etrus hec audiens: ex affectu lachrimas fudit/ & ad eos qui aderant familiares ait. hec si quis in dei cultu positus/ pertulisset que huius pertulit pater: statim homines/ religioni ascriberent eternum causam. cum accidunt miseris gentilibus: causam fato ascribunt. Miseros autē dico eos: quia & hic vexantur erroribus/ & ab spe futura fraudantur. dei enim cultores/ cum hec patiuntur: ad purgationem peccatorum cedit eis/ quod perfectū patienter. Post hec dicta: vñus ex astantibus/ Petrum rogare cepit/ vt die crastina masturitus ad insulam proximam que sex non amplius stadiis aberat/ antharadum nomine/ pergeremus vidēdi gratia mirum aliquod in ea opus/ colūnas viteras magnitudinis immense.

Cap. III

**V**i Petrus vt erat clementissimus acquisivit. sed montuit nos/ cum nauē descendissimus: non vna omnes concurrere ad videndū. nolo enim (inquit) notari vos a turbis. Cum ergo die postera nauī sub momento hore venissimus ad insulam: continuo ad locum in quo erant columnæ mirabiles/ properauim⁹. erant autem in ede quadam posite. in qua Phidie opera permagnifica habebantur: quibus intento vñusquisq; nostrum detinebatur aspectu. Petrus vero vbi solas columnas miratus est vitreas: nequaq̄ raptus picture gratia/ egressus videt pro forib⁹ mūrculam quandam/ stipem ab introcuntibus depositcentem/ quam attentius resp

Matidia  
Faustinianus  
Faustinus  
Faustus.  
Hic nota pto  
uidētia multa  
fieri: que for-  
tuita vidētut.

PETRVS

Colūne vitree  
& opa Phidie

- PETRVS ciens ait/dic mulier quod tibi membrum corporis deest/ꝝ huic te iniurie subiecisti:  
Mulier Ut stipem petas/ & non potius manibus tuis quas a deo accepisti operans / cibum  
queras. ¶ At illa suspirans ait. vtinā michi quidem essent manus: que moueri pos-  
sent. nūc autem species taurum seruata est manū, nam ipse sunt emortue/ & meis  
morsibus debiles/ & sine virilitate aliqua reddite. ¶ Et Petrus. Que inquit fuit cau-  
sa: vt hoc tibi tantū mali ipsa conferres: ¶ Ignauia inquit: non aliud quicq; si enim  
fuerit in me aliquid virtutis: potui vel p̄cipitio vti/ vel mari iniucere memetipsum/  
& sine dare doloribus meis. ¶ Tum Petrus. ecquid putas ait mulier: ꝝ qui lemet-  
iplos perimunt/a suppliciis liberentur: nisi quia maioribus subiacent penis anime  
eorum: qui sibi ipsiis intulerint manus. ¶ At illa. vrinā (inquit) istud michi certum  
fuerit: quia viuāt anime in inferno.libenter amplecterer etiā penas ferre mortis illa-  
te/tantū vt dulces michi natos/hora saltē vna viderem. ¶ Et Petrus.Quid tantū  
istud est: ꝝ te tā grauis affligit tristitia/scire velim. si enim doceres me causam: pol-  
sem tibi & ego evidenter ostendere o mulier/ꝝ in inferno viuāt anime: & pro pre-  
cipitio vel profundo possem tibi dare medicamentum aliquod/ vt sine cruciatu va-  
leas vitam finire. ¶ Tum mulier. promissione hac grataranter accepta: cepit dicere.  
genus quidem michi & patria que sit/nec credi facile/ nec dici necessariū puto: cau-  
sam tantum doloris sufficit exponere/cur morsibus meis meas ipsa debiles reddide-  
rim manus.Ego generosis orta parētib⁹/ & potentis adeque viri sociata matrimo-  
nio: duos suscepi geminos liberos. & post hos vnū aliū: sed frater viri mei illicito ī  
me amore/vehementer exarsit. michi autem cum super omnia cura esset pudicitie/  
& neq; tāto sceleri acquiescerem/necq; viro vellem flagitium fratris aperire: cogita-  
ui quatenus & ego impolluta euaderē/ & fratre iniamicū & hostem nō facerem fra-  
tri/ne genus omne quod erat nobilis familie/in opprobiū darem. patria ergo &  
vrbe cum duobus geminis/discedere statui ad tempus:donec incestus amor cōqui-  
sceret/quē forte presentie mee palparet & inflammaret aspectus . Alius sane filius  
quatenus patri maneret ad solatiū: cogitau. sed vt hec ita fieri possent: somniū fin-  
xi/quasi assistente michi per visum quodam numine & dicente/vt confessim cū ge-  
minis meis vrbe discederē/ & tādiū abessem donec redire me ipse preciperet. quod  
si non facerem: cum liberis omnibus me pariter peritaram. & ira factum est. statim  
enī/ut somniū viro enarraui: extimuit/& sociatis michi duobus filiis/seruis quo-  
ꝝ & ancillis/pecunia etiam abundantanter data/nauigare athenas ipset. vbi simul &  
eridire liberos possem mansura (inqt) ibi: vſcq; quo visum fuerit ei qui precepit exi-  
re/vt redeas ad nos. Interea nauigans cum meis natis: ventorum violentia ad hos  
infelix nocturno naufragio depulsa sum locos.& cum omnes interissent:arreptam  
me crudelem/supra saxum quoddam vehementer fluctus elecit.vbi cum sederem/  
ea sola spe qua meos possim forte natos inuenire: in profundum me non precipi-  
taui tunc/cum adhuc perturbata anima & doloribus ebria facere hoc & audebat/  
& poterat. verum vbi dies exortus est/& ego cum clamore & vulnalu infeliciū na-  
torum circūspicerem/sicubi vel electa possem videre cadavera: miseratione cōmoti  
quidam ex iis qui viderant/primo per pelagus/tum etiam circa littora requirunt/si  
quem forte de meis infantibus inuenirent. sed vbi nusq; vllus eorum apparuit: mi-  
serantes me mulieres loci/solari ceperunt/ enarrantes lingule suas qualq; miseras.  
vt ex similitudine calamitatum solatium/caperem: quod me magis cōtristabat. nō

enim tale michi erat ingenitum: ut aliorum mala/mea esse solatia aduerterem. & cū me  
multe hospitio cuperent recipere: una quedam paupercula hic habitans / extorsit  
michi ut rugurio eius succederem / dicens fuisse sibi virtutem nautam / eumque in mari ado-  
lescentem defunctum / sibique ex eo tempore cum multi eam accipere in coniugium cu-  
perent / amore viri / viduitatem fuisse cariorem. erunt enim (inquit) cōmunia: que cū  
manibus nostris operantes querere poterimus. & ne longa ac minus vtili narra-  
tione vtar: libenter habitaui cum ea / propter affectum fidei / quam seruauerat viro.  
sed non multo post michi infelici / lacerate dudum morsibus / michi resolute sunt ma-  
nus. & illa que me suscepereat: incurrit paralysin & domi in lecto facet . illarum au-  
tem mulierum que me prius miserabuntur: refrixit affectus. nos ambe debiles. ego  
vt vides sedeo stipem petens. & si quid forte acquisiero : fit unus duarum infelici  
cibus . Ecce iam que mea sunt : sufficenter audisti. tu nunc quid moraris implere/  
que promiseras : & dare medicamentum / quo possit absque cruciatu (vt ait) vtracque  
nostrum miserabilis vite finem inuenire.

## Caput. III.

**P** Ec dicente muliere / multa Petrus cogitatione distentus: velut attonitus sta-  
bat. & ego Clemens superueniens : dudum inquam per omnia discurrens/  
querebam te. & nunc quid faciemus. At ille precepit michi: ut ad nauiculam prece-  
derem. ibi me (inquit) operire. & quia cōtradici ei nō poterat: quod iussit impleui.  
Ipse vero (ut michi cuncta posterius enarravit) suspitione quadam pulsatus: requi-  
rebat a muliere genus & patriam / simul & nomina filiorum. que si michi (inquit)  
dixeris: dabo continuo medicamentum. **A**t illa / quasi vim sustinens: quia nego  
fateri hec audebat / & medicamenti cupida erat / fingit alia ex aliis . & ait se quidem  
esse ephesiam / virum autem sicutum : sed & filiorum nomina similiter immutauit.

PETRVS

Mulier

**T**um Petrus putans ea vere respondisse: ait. heu mulier putabam (inquit) gran-  
de aliquod gaudium / hodierna die nobis oriturum . suspicabar enim te esse quan-  
dam mulierem: de qua similia quedam / nuper ad fidem didici. **A**t illa adiurabat  
eum dicens : rogo te vt indices michi que ista sit / vt sciam si est illa inter mulieres/  
me infelior. **T**um Petrus fallere nesciens / & miseratione cōmotus: cepit dicere.

PETRVS

Mulier

est quidam adolescentes inter eos qui me sequitur religionis & secte gratia / romanus  
ciuis: qui michi enarravit quod patrem habuerit / & duos geminos fratres / ex quibus  
nullus ei superest. mater enim inquit mea (sicut a patre didici) somniū vidit: ut roma-  
nia urbem ad tempus excederet / cum duobus geminis natis / ne forte exitiali interie-  
tu perirent. que cum discessisset: nusque terrarum / vita comparuit . pater vero suus:  
post hec ad inquisitionem vxoris ac filiorum profectus / nec ipse inuenitur. **H**ec  
cum dixisset Petrus: mulier stupore percussa corruit. **T**um Petrus: continere &  
solari eam cepit / ac requirere quid esset cause / aut quid pateretur . **A**t illa vix alii  
quādo spiritum reuocans / ac semetipsam ad gaudium quod supererat magnitudinē  
reparas / simulque affricas vultū: hic meus est inquit (quē dicas) adolescentes: **A**t Petrus.  
vbi rem intellexit: dic (inquit) michi tu prior. nā videre eum nō poteris. **T**u illa. Ego  
(inquit) sum adolescentis mater. **E**t Petrus. quod ei nomine est: **A**t illa. Clemens ait.

PETRVS

Mulier

PTTRVS

Mulier

**E**t Petrus. ipse est: & ipse erat quod paulo ante mecum loquax / & quod iussi ad nauem p̄ce-  
dere. **T**u illa procidēs ad pedes Petri: rogare cepit / vt festinaret ad nauem. **E**t  
Petrus. si michi (inquit) seruas fidem: & facias quod dico. **A**t illa. omnia (inquit) facio:

PETRVS

Mulier

PTTRVS

Mulier

PETRVS

Mulier

PTTRVS

Mulier

**E**t Petrus. si michi ostende vnicū meū natū. puto enī me p̄ ipsum & geminos meos videre.

PTTRVS

Mulier

Liber

PETRVS  
Mulier  
Clemens.

PETRVS  
Clemens

Mater

Paralytica :  
virtute dei  
sanatur

PETRVS

Matidia,  
Clemens

Vxor PETRI  
comitabatur.

¶ Et Petrus. Cum videris (inquit) eum: modo interim dissimula paululum usque  
quo egrediamur ab insula. Ita inquit faciam. & tenens manum eius Petrus; adduce  
bat eam ad nauem. quem ego videns/manum dantem mulieri: ridere cepi. accedes  
tantum honoris gratia/pro ipso cepi velle subiucere manum meā/& sustentare mu  
lierem. simul autem ut manum eius contigis: vulnalu ingenti reddito/ in amplexus  
meos ruisti/& maternis me cōsēctari osculis cepit. At ego ignorans omne negotiū/  
quasi insanientem mulierem repellebam / simul & cum verecūdia licet / indignabar  
tamen quodam modo aduersus Petrum . ¶ At ille. Desine inquit . quid agis o fili  
Clemens: noli repellere matrem tuā. ¶ Ego vero vbi hec audīui/ continuo lachri  
mis suffusus: concidi super iacētem matrem/& osculari eam cepi. simul enim ut au  
diui: paulatim vultum eius reuocabam ad memoriā/& notior michi intuenti/tan  
to magis fiebat. Multitudo interim conueniebat plurima: audiēs q̄ mulier que ad  
stipem petendam sedebat/recognita est a filio suo / viro quodam bono.

Caput.V.

e T cum vellemus confestim enauigare ex insula: mater ait ad me. fili dulcissi  
me rectum est ut vale dicam muliercule: que me suscepit . est enim egens &  
paralytica iacens in lectulo. ¶ Quibus auditis/ Petrus & omnes qui aderant admis  
sati sunt bonitatem ac prudētiā femine: & continuo iussit Petrus abiēre quosdā/  
& deferre mulierē in lectulo vbi iacebat. Cūq̄ fuisset allata/& in medio astantis tur  
be posita: in conspectu omnī Petrus ait. Si veritatis ego sum prece: ad confirmā  
dam fidem horum omnī qui assistunt/ ut sciant & credant quia unus est deus qui  
fecit celum ac terram/ in nomine Ihesu Christi filii eius/ surgat hec mulier . Et statim  
ut hec Petrus dixit: surrexit sana/ & procidit ad pedes Petri/ atq̄ amicam suā ac fa  
miliarem osculis petens/ percōtabatur ab ea/quid istud esset negotiū. At illa: omnē  
breuiter ei ordinem agnitionis/ exposuit . ita ut etiam turbe astantes / mirarentur .  
¶ Tum Petrus/de fide dei ac religionis institutis/quod ad se pertinebat inquātum  
tempus patiebatur/ locutus ad turbas: addidit etiam hoc. ut si quis vellet de his di  
ligentius noscere: antiochiam veniret/ vbi tribus (inquit) mensibus statuimus resi  
dere/& que ad salutem pertinent edocere. Si enim (inquit) negociandi aut militandi  
causa/patriā relinquit homines ac parentes/& longas peregrinationes subire non  
metuunt: pro vita eterna/tribus saltē mensibus peregrinari/cur onerosum videa  
tur aut difficile: Cūq̄ hec & alia his similia dixisset: ego mulieri que susceperebat ma  
trem/& sanitatem receperat per Petrum/mille dragmas donavi. & presentibus cū  
etis commendaui eam cuidam viro bono primario illius oppidi: qui & libenter se  
facturum quod imperabamus spoondit. Sed & aliis quibusdam aliquantulum pe  
cunie distribui: & illis mulieribus que aliquando discebātur solate in miseriis matrē  
meam. quibus & gratias retuli. ¶ Et post hec vna cū matre enauigauimus entha  
radū. Cūq̄ venissemus ad hospitiū: mater requirere a me cepit. Quomodo pater?  
¶ Ad te inquā requiriendā profectus: ultra non rediit. At illa audiēs: suspirauit tā  
tum. grande enim gaudū habens: reliquos solabatur merores. Die autē postera se  
dens vna cū vxore Petri: iter agebat nobiscū. ¶ Et venimus Balaneas: vbi triduo  
remorati/inde accessimus Paltho. & post hoc Gabala: & sic Laodiciā peruenimus.  
vbi occurruunt nobis ante portas Niceta & Aquila: & osculātes nos/ducūt ad ho  
spitium.

Cap.VI.

p Etrus autem videns amplam ciuitatem & splendidam: dignum (inquit) est  
 remorari in hac/ diebus decem aut etiam amplius. Tunc Niceta & Aquila  
 requirebant a me: que esset mulier hec ignota. Et ego respondi. mater mea est/qua  
 michi redonauit deus/ per dominum meum Petrum. hec cum ego dixisse/ cuncta eis  
 Petrus per ordinem cepit exponere:& ait. Cū venissemus antharadum/& ego  
 vos precedere iussisse: profectis vobis eadem die Clemens (cum incidisset sermo-  
 nis occasio) genus suum michi exposuit ac familiam: & quod paréibus esset orbatus/  
 duosq; haberet priores geminos fratres. Et sicut michi (inquit) pater enarravit: som-  
 nium vidit aliquando mater/ quo iussa est cū geminis suis ex urbe roma proficisci/  
 ne subito & pariter interirent. Cumq; hoc somniū patrī indicasset: ille qui tenero fi-  
 lios diligenter affectu/ne quid forte mali paterentur/vxorem pariter ac filios naui cū  
 omnibus necessariis impositos/ emittit athenas erudiendos. Post hec misit semel &  
 iterum qui requirerent: nusquam ullius ne vestigium quidem repperit. Ipse ad ultia  
 mihi pater ad inquirendum proficiscitur: & usq; ad presens ne ipse quidem usq; est.  
 Hec cum michi Clemens enarrasset: accessit ad nos quidam rogans/ vt ad insulam  
 antharadum que vicina erat accederemus / videndi gratia columnas vitreas mire  
 magnitudinis. acqueui. & vt ventum est ad locū: ceteri omnes interiora edis sunt  
 ingressi/ michi animus nescio ob quam causam/ ingrediendi ultra non dedit. Sed  
 dum illos foris operior: mulierem hanc considerare cepi/ qua parte membrorum  
 esset debilis/ vt non labore manuū viētum quereret/ sed mendicantis pudorem su-  
 biret. Requisiū ergo ab ea causas. Illa nobili ortam se genere/& nobili nichilomin⁹  
 viro in matrimonio fuisse funētam fatetur: cuius frater (inquit) illico in me amore  
 inflammatus: fraternū thorū polluere cupiebat. Quod ego abhorrescens/&  
 rursus de tanto scelere/ viro indicare non audens / ne bellum fratribus & oppro-  
 briū generi indicarem: magis patriam discedere iudicauit cum duobus geminis fi-  
 liis meis/iuniori puerō ad solatium/patrī relicto. & vt hec (inquit) honesta specie  
 fieret: cogitaui somniū fingere & dicere viro: astissime michi numen quoddam per-  
 visum/& dixisse/ vt cum duobus geminis meis confessim ex urbe proficerer/ usq;  
 quequo ab ipso audirem/ quando redire deberem. Quibus auditis: credidisse aie-  
 bat virum/athenasq; geminis cum liberis emisisse/ inibi erudiendis. sed tempestate  
 graui ad hanc insulā fuisse depulsos . vbī cōfracta nauis: se fluctu excusam supra sa-  
 xum quoddam/ ob hoc solum morte distulisse/ donec inquit infeliciū natorū saltē  
 mortua mēbra cōpletecer/ ac sepulture mandarē. Sed cū dies fuisset exortus/& tur-  
 be cōuenissent:miseratione moti/proiecerūt michi indumentū. At ego infelix fletib⁹  
 multis rogabā:vt regrerēt sicubī infeliciū natorū possent inuenire corpuscula. Ego  
 autē corpus meū détribus laniās planctibus & vulturibus: nichil aliud clamabā/nisi  
 vbī michi ifelici Faustus/vbī Faustin⁹. Et hec cū dixisset Petrus: Niceta & Aqila  
 assurgunt/& obstupefacti/pturbari ceperūt/dicētes. Dominator domine/ & deus  
 omnū: vera ne sunt/an somniū est quod agitur? Tū Petrus. Nisi (inqt) nos insa-  
 nim⁹:hec vera sunt. At illi paululū remorati/& cōfriquantes faciē:aiūt. Nos sum⁹ Fau-  
 stinus & Faustus. Sed ab initio cū narrare cepisti: statim in suspicionē incidim⁹/ ne  
 forte ad nos p̄tinerēt que dicebātur. rursus tamē cōsiderātes multa similia accidere  
 in vita hominū: reticimus. licet cor nostrū spe aliqua pulsaret: aspiciebam⁹ tamē  
 ad finē sermonis/ vt si ad integrū de nobis esse cōstaret/tūc fateremur. Et cū hec dixis-  
 set: lachrimātes igrediebātur ad matrē. quā cū repperisset gescēte/ & p̄plecti vellēt;

PETRVS

 Niceta  
 Aquila  
 PETRVS  
 Niceta.  
 Aquila

PETRVS prohībiuit Petrus dicens. ¶ Sinite me prius pteparare animos matris: & ita vos offerte ei. ne forte multo & subito gaudio/mēte excidat : & sensus eius turbetur/māxime quia nunc etiam somno occupatus stupet.

Cap. VII.

**S**i Gitur vbi mater exurrexit e somno: alloqui eam Petrus cepit/dicens. Scire te volo mulier/religionis nostre obseruatiam. Nos vnum colimus deum/ qui mundum fecit: huius & legem obseruamus/qua mandat imprimitis ipsum coleādum/& nomen eius venerandum/ parentes honorandos/ pudicitiam iusticiamq; seruandam. Sed & illud obseruam⁹/mensam cum gentilibus non habere communem: nisi cum crediderint/& recepta veritate baptizati fuerint/ ac doctrina quadā/trine beatitudinis inuocatione consecrati/& tunc cum eis cibum sumimus . alioqui etiam si pater/aut mater sit/aut vxor/aut filii/aut fratres: non possumus cū eis mensam habere communem. Quia ergo religionis causa precipue hoc facimus: non tibi iniuriosum videatur/q; non potest filius tuus vna tecū sumere cibum/ vscquo eadem tibi sit que illi/sentētia fidei. ¶ Quibus illa auditis: & quid(inquit) vetat me hodie baptizari? que etiam priusq; te viderem: illos quos dicunt deos penitus aduersata sum. quoniā michi frequenter & pene quotidie sacrificanti eis: prestatre potuerunt nichil. Nam de pudicitia quid dicam: cum me neq; tunc delitie deceperint/ neq; nunc egestas peccare compulerit. Satis autem puto innotuisse tibi/quātus michi exinde fuerit amor pudicitie: que vt euaderem illiciti amoris insidias/ somnium finxi/ vt cum duobus geminis meis peregrinareret: & hunc solum filium meum Clementem ad solatium patri reliqui. Si enim vix michi duo sufficiebant: quāto magis id patrem contristaret/ si nullum penitus habuisset. erat enim miser grandi affectu erga filios: ita vt vix ei somniū auctoritas extorqueret Faustinum & Faustum Clementis huius fratres michi concedere/& ipse solo contentus esset Clemente. Hec illa cum diceret vltra non ferentes fratres mei: irruunt in complexus matris/ cū multis lachrymis & osculantur eam. At illa: quid vult inquit hoc esse. ¶ Tum Petrus. Nolo turberis mulier: constans esto . Iste sunt Faustinus & Faustus filii tuū: quos in profundo perisse dicebas . Quomodo autem viuant/& quomodo in illa horribili nocte de profundo euaserit/& quemadmodum aliis ipsorum Niceta/alius Aquila dicatur/ipsi tibi exponere poterunt:& vna tecū etiam nos audiemus. ¶ Vbi hec Petrus dixit. Mater nimio gaudio intercepta: corruit. & tandem aliquando reparata/atq; in semetipsam regressa: ait. Obsecro vos dulcissimi filii: dicite michi que acciderint vobis/post illam feralem & crudelissimam noctem . ¶ Tum Niceta cepit dicere. In illa nocte O mater cum nauis fuisset resoluta/& nos innitētes fragmēto cuidam tabularum per pelagus iactaremur: viri quidam quibus in profundum latrocinandi artificiuū est/ repertos imposuerunt nauicule sue/ & remis vndarum vertices superantes: diuersis itineribus Cesaream Stratonis perduxerunt/ ibiq; afflgentes nos fame/ verberibus/ metu/ ne quod esset in vero proderemus/ immunitatis ctiam nominibus nostris vendiderunt nos cuidam vidue/honeste admodum femine/luste nomine. Que cū nos emisset/ habuist loco filiorū: ita vt etiā grecis nos litteris liberalibus/attentissime erudiret. Vbi autē adoleuimus: etiā philosophorū studiis operā dedim⁹/ quo possemus ad religionis diuine dogmata philosophicis disputationibus asserentes/ cōfutare gentiles. Simoni autem cuidam mago/qui nobiscum vna educatus est: pro amicitia & puerili consuetudine adhesimus / ita vt

Matidia,

PETRVS

Matidia

Niceta

Iusta.  
Ad religionis  
diuine dog-  
mata: ad dog-  
mata hebraicæ  
et religionis

ab eo penitus decipi possemus. Fertur ab omnibus/q religioni huic deseruiunt: q  
cuiuspiā speraretur aduentus p quē immortalis & beat a vita/credéribus dāda pro-  
mittitur. hūc ergo nos putabamus esse Simonem. sed hec tibi mater/oportuni⁹ ex-  
ponentur. Nos interīm cum pene iam deciperemur a Simone: quidam collega do-  
mini mei Petri Nache⁹ nomine/monuit ne falleremur a mago/ sed obtulit nos ad-  
venienti Petro/vt ab ipso que erant sana & perfecta doceremur. quod & tibi op-  
tamus euenire: sicut & nobis concessit deus / vt possimus etiam cibum & mensam  
habere communem. hinc ergo fuit mater: q nos a piratis raptos/tu in mari defun-  
ctos esse credidisti.

Religioni tūc  
scilicet hebrai  
ce.

## Cap. VIII.

c Vm hec diceret Niceta/mater nostra procidit ad pedes Petri: rogās & ob-  
secrans/vt & seipsum & hospitam suam/ euocaret sine mora/ ac baptizare-  
tur. vt ne vna (inquit) dīe damna patiar consortii & societatis natorum meorum.  
Similiter autem & nos filii eius/rogabamus Petrum. At ille. Quid putatis (inqt)  
quia ego immisericors sum solus: & nolo vos matris conuiuo sociari: sed neceſſe  
est eam/vel vna dīe ieūnare prius/& ita baptizari. & hoc quia sermonē ab ea quē-  
dam audīui: per quem michi fides eius claruit/& qui indicū dedit credulitatis eius.  
Alioqui multis eam dieb⁹: instrui & doceri oportebat. Et ego. Queso te inquā  
domine mī Petre: dic quis est iste sermo/ quem dīcis dedisse tibi indicium fidei eius .

PETRVS

Clemens

PETRVS

¶ Et Petrus. Ille sermo est: quo rogauit/vt & hospita sua cuius beneficiis vīcē redi-  
dere desiderat/simul baptizaretur cum ipsa. non autem rogaret/ vt & illi quam dī-  
ligit/prestaretur hec gratia:nisi credidisset/q magnum aliquod in baptisme mun⁹  
esset. Vnde & ego reprehendo plurimos: qui cum ipsi baptizentur & credant/nī  
chil tamen dignū fide agunt cum iis/quos diligūt(id est vxoribus/vel filiis/vel ami-  
cis) quos non ad hoc cohortantur quod ipsi assecuti sunt/ si quidem vere credide-  
rint/q eterna vita per hoc donatur.Deniq⁹ si eos egrotare videāt/aut periculo alia  
cui carnaliter subiacere: dolent & lugent. quia in hoc certi sunt:eis imminere perni-  
ciem. ita ergo si & de hoc certi essent/ q qui deum non colūt manet eos pena ignis  
eterni: quomodo cessarent monentes & cohortates: aut si obsisterent: quomodo  
non lugerent eos & plangerent/certi eterna eis imminere supplicia: Nunc ergo illa  
lam quidem mulierem euocabimus: & post modum videbimus si amat fidem rel-  
gionis nostre/& prout consequens fuerit agemus.Hec autem quoniā fideliter sen-  
tit de baptismo: ieūnet vel vna dīe ante baptismum. At illa cum iuramento sa-  
tisfaciebat presente vxore domini mei Petri: quia ex quo recognuerit filium/pre-  
multo gaudio cibum capere omnino nequierit/ nisi hesterna dīe calicem aque so-  
lum biberit. Testabatur autem & vxor Petri: dicens ita esse. Et Aquila ait. quid  
ergo obstat: vt non baptizetur? ¶ Tum Petrus subridēs/sed non hoc inquit ieū-  
niū baptismi: quod non propter baptismū ieūnatum est. Et Niceta.Sed for-  
te(inqt)nolēs deus matrē nostrā nec vna dīe/agnitis nobis separari a cōsortio mē-  
se nostre: preordinauit hoc vt ante ieūnaret. Sicut enim pudicitā seruavit in igno-  
rātia/vt proficeret ei ad baptismū gratiam:ita & ieūnauit atēq⁹ sciret ieūnū rationē/  
vt proficeret ei ad baptismū/ & statim ab initio agnitionis nostre/ nobiscū pariter  
consortio frueretur. ¶ Tū Petrus. Nō nos (inquit)vīncat malignus/occasione ac-  
cepta per affectum matris: sed magis vos & ego vobīscum/hodie ieūnemus cum  
ipsa/ & crastīna baptizabitur. neq⁹ enim iustum est ad gratiā persone alicuius/ aut  
amicitie/resolui:& extenuare preceptū veritatis.Nō ergo pigeat nos laborare cum

Matidia  
Vxor Petri

Aquila  
PETRVS  
Niceta

PETRVS

illa. quia omne mandatū preterire: peccatum est. doceamus autem sensus nostros corporales/qui extrinsecus sunt: seruire interioribus sensibus. & non interiores sensus qui que dei sunt sapiunt: cogamus sequi exteriōres/qui que carnis sunt sapiunt. Propter hoc enim & dominus mandatum dedit: dicens. Quicunq; viderit mulierē ad concupiscendam eām: iam mechatus est eām in corde suo. & his addidit. Si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum/& proiice abs te. expedit enim tibi ut vnu membrum tuum pereat: q̄ totum corpus tuum/mittatur in gehennam ignis. Non dicit si scandalizauerit te/ut postea q̄ peccaueris tunc abiicias causam peccati: sed si scandalizat te/ hoc est ut ante q̄ pecces causam peccati prouocantis te & irritantis/abscidas. Ne quis autem vestrum putet fratres/q̄ membrorū amputationem manadauerit dominus: propositum in hoc vult resecari/nō membrum/& causas que ad peccandum illiciunt. quo cogitatio/vestri aspectus vehiculo subiecta ad amorem dei/sensibus corporeis inuisa contendere velit:nec carnalibus oculis velut lasciuientibus equis/& extra mādatorū viā currū declinare cupiētibus/relaxare frena & habenas indulgear/sed reuocet aspectū corporis ad arbitriū mētis/& oculos nostros quos deus operis sui inspectores esse voluit & testes/nō patiatur fieri lenones mali desiderii. Et ideo cedant legi dei rā corporei sensus q̄ interna cogitatio: & illius voluntati ministrent/cuius se opera intelligunt.

Cap. VIII.

Gitur ut ordo mysterii poscebat & ratio: die postera baptizatur in mari. & regressa ad hospitium: omnibus consequēter mysteriis religionis imbuitur. Aderam⁹ autem & nos filii sui Niceta & Aquila/& ego Clemens. & post hec simul cum ea prandimus & simul glorificauim⁹ deum: referentes gratias studiis & doctrinē Petri. qui nobis ostendit per occasionem matris: quomodo pudicitie bonum/non pereat apud deum. sicut econtrario impudicitia inquit etiam: si non statim/tamen (licet tarde) non effugit pena. In tantum autē pudicitia (inquit) deo placa est: ut etiam iis/qui in errore sunt positi/nō nichil gratie in presenti conferat vita. nam futura beatitudo illis solum reposita est: qui per gratiam baptismi/pudicitiam iusticiam̄ seruauerunt. Deniq; exemplo est huic rei etiam/hoc quod erga matrem vestram gestum est: cui salus hec omnis/ pro mercede pudicitie reparata est. Ad quam custodiendam & conseruandā/non sufficit sola continentia: sed vbi senserit quis insidias & deceptionem parari/ continuo sicut ab ignis impetu aut incursu seuentis leonis refugiat. Nec coufidat: q̄ huiusmodi insidias possit facile aliquis philosophando aut palpando cohibere. sed(ut dixi)effugiendum est/& longe abscedendum: & sicut fecit & vestra mater/vere & integrē bonum diligens pudicitie Propter quod & conseruata vobis est/& vos illi: insuper autē & eterne vite agnitione donata. Cūq; hec & multa alia his similia dixisset: vespere factio regeimus.

### RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI SEPTIMI LIBRI FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
LIBER OCTAVVS.

Caput.I.

**P**Ostera autem die: Petrus/mane assumptis fratribus meis/descendit ad portū/vt in mari lauaremur. Et post hoc: ad locum quēdam secretiorēm secessimus/orationis gratia. Senex autem quidā pauper/vt appa-

rebat ex habitu operari?: curiose ex occulto obseruare nos cepit/vt vi-  
deret quid ageremus in secreto positi. Cūq; nos orantes vidisset: expectauit donec  
exiremus/& salutans nos ait. Si non egre accipitis/& quasi curiosum me aut impor-  
tunū notatis: velim vobiscum conferre sermonem. quia habens miserationem ve-  
stri: sub specie veritatis errare vos nollē/et habere metum de iis que non sunt. Aut  
si esse aliquid putatis veri: tradite etiā michi. Si ergo patienter accipitis: possum vos  
paucis docere que recta sunt. si vero molestum est: pergam/& meos actus agam.

**C**ui Petrus respondit. Dic age quod tibi videtur bonum:& libēter accipimus/  
sive id verum sive etiam falsum sit. amplectendus enim es: quia quod tibi bonū vi-  
detur/tanq; pater pro filiis sollicitus/nos cōmonere voluisti. **T**ū senior cepit di-  
cere. Iam in mari vos lauisse vidi: & post hoc ad secretum secessi. sive locum. obseruās  
ergo de occulto/quid in secreto ageretis: orantes inspexi. miseratus ergo errorem  
vestrum: operiri cepi/vscquo egressos alloquerer/ & docerem ne erretis in huius-  
modi obseruantia. quia ne q̄ deus est/neq; cultus/neq; prouidentia in mūdo: sed  
fortuit⁹ casus/& Genesis agunt omnia. sicut ego ex meipso manifestissime compe-  
ri: in disciplina matheseos pre ceteris eruditus. Nolite ergo errare. sive enim oretis/  
sive non oretis: quod Genesis vestra continet/hoc erit vobis. **E**go Clemens ne-  
scio quid corde pulsabar: multa quasi nota michi recolens in eo (bene enim ait qui-  
dam: quia quod ex aliquo natum est/etiam si multo tempore abfuerit/nunq; tamē  
scintilla propinq̄taris extinguitur) cepi ergo orare ab eo/q̄s & vnde esset/vel quo-  
modo ortus? **A**t ille ad hec respondere nolens: quid(ait)hoc pertinet ad ea que  
dixi vobis. sed primo si videtur: sermo de iis que proposuimus/habeatur. & post/  
si ita res poposcerit: nomen/& genus/& patriā/& cetera que hec sequuntur/ inui-  
cēm nobis vt amici amicis poterimus aperire. **M**irabamur tamen eloquentiam

omnes/viri/& grauitatē morū/trāquillitatēq; sermonis. Petrus autē sensim scrino-  
cīnādo incedēs: oportunū ad colloquēdū prospicit locū. & cum peruenisset iuxta  
portū/in recessum quēdā secretū: residere fecit nos/& ita primus ipse cepit/nec con-  
temptū senē habuit/neq; despexit q̄ vilis ei amictus esset & sordidus. **A**it ergo.  
quoniā quidē videris michivir eruditus esse & misericors ex eo qđ adistī nos/& qđ  
tibi bonū videbaſ/celatū nobis esse noluisti: volumus & nos tibi/q̄ a nobis bona  
& recta credūf/exponere. q̄ si tibi minus vera videbūt: etiā tu nostrū erga te bonū  
ppositū/libēter suscipe/sicut & nos tuū. Et cū hec diceret Petr⁹: plurima multitu-  
do cōuenit. **T**ū senex. Fortassis(inquit)cōtristat vos p̄sentia multitudinis. **E**t

Petrus. Nequaq; inquit. nīl hoc solū vereor: ne forte disputātib⁹ nobis/cū palā fa-  
cta fuerit veritas/ tu verecūdī patiaris pro p̄sentia multitudinis cedere & acqescere  
iis/q̄ vere dici itellexeris. **A**d hec senex ait. Ego nō ita senex cōsenui: vt intelligēs  
quod verū est/ abnuā id ad vulgi gratiā. **C**epit ergo Petr⁹ dicere. Viden⁹ michi  
iis/q̄ loquūtur verbū veritatis/& q̄ illuminant animas hominū:similes esse radii so-  
lis/q̄ vt processerint & apparuerint mūdo/ celari vltra aut occultari nullaten⁹ pos-

Senex.

PETRVS

Senex.

Clemens.

Senex.

Clemens

PETRVS

Senex.

PETRVS

Senex.

PETRVS

## Liber

Senex.

Assertiones  
epicureorū &  
astrologorū

Niceta

Senex.

Niceta

PETRVS

Niceta.

In iis dūtaxat.  
id dicit / quia  
peccata & ice-  
lera q̄ fiunt in  
mūdo/proui-  
dētia nō fiunt  
aut regūt/sed  
illi aduerlānt.  
bona aut & or-  
dinata omia:  
dei prouiden-  
tia fiunt.

Senex.

Sunt. dum non tā videntur ab omnibus q̄ videre omnibus prestant. vnde & bene  
a quodā dictū est ad veritatis precones: vos estis lux mundi . & non potest civitas  
abscondi supra montē posita. neq̄ accendūt lucernā/ & ponūt eā sub modio/sed  
supra candelabru: vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et senex. bene valde di-  
xit/quisquis ille est. Sed exponat aliquis vestrū/quod sibi sequēdum videtur: vt ad  
certū prospectū emittamus sermones nostros. non enim sufficit ad inueniendā ve-  
ritatē/destruere ea que ediuerso dicūtur: sed ipsum proferre i mediū/ quod possitis  
qui ediuerso est/impugnare. vt ergo partium sit equa congressio: rectū michi vide-  
tur/ vt prius quid vterq; nostrū sentit/enūciet. & si placet: prior ipse incipiam. Ego  
dico nō secundum prouidētiā dei/ gubernari mūdū. quia multa in eo iniuste & in-  
ordinate geri videmus . sed genesim dico esse: que omnia agit & continet.

Cap.II.

a D hec cum Petrus respōdere vellet: Niceta preueniens ait . Indulgeat michi  
dominus meus Petrus ad hec responderē: & nō tibi videatur proterū/q̄  
suumenī cū sene habear/sed vt filius cū patre colloquar. Et ait senex. Non solū tu  
inquit fili/ quod tibi videtur vt prosequaris volo: sed & si qui ex sodalibus tuis/lī g-  
etiam de astantibus turbis videntur scire aliquā/incuranter proferat/lī benter ac-  
cipimus.Collatio enim plurimorum: facilius ea que ignorantur inueniet. Tum  
ergo Niceta respondit. nō me existimes pater temere fecisse: q̄ inserui me sermonis  
bus domini mei Petri/sed magis pro honore ei⁹ hoc michi facere visus sum.homo  
enīm dei est/plenus totius scientiē: quem ne greca quidē latet eruditio. quia spiritu  
dei viui repletus est: quem nichil latet . Sed quia ipsi de celestibus loqui conuenit:  
ego de iis que ad grecorū loquacitatē pertinent/respondebo. Postea vero q̄ a no-  
bis grecorū more fuerit disputatū/atq; ad id ventū/vbi exitus nullus appareat: tūc  
ipse quasi dei scientia repletus/ aperte & dilucide rerū nobis omniū patefaciet veri-  
tatem. vt non solū nos/sed & omnes qui presto sunt auditores: viā veritatis agno-  
scāt.Et ideo nunc ipse quasi arbiter sedear: vt cum vnuis aliquis ex nobis cesserit/tūc  
ipse suscipiens indubitatā sententiā ferat. hec cū dixisset Niceta : ii qui conuenerant  
inter semetipsos colloquebātur. hic ne est ille(quein audiebamus)Petrus: illius qui  
in iudea apparuit/& signa ac virtutes plurimas fecit discipulus probatissim⁹: & in-  
tendētes in eū: cū timore ac veneratione ingenti stabant/tanq̄ boni serui honorem  
domino deferētes. Quod vbi Petrus sensit: ait ad eos. Attētius audiamus/rectū  
tenētes iudiciū de iis que dicētur ab vtroq; : & post ipsorū conflictū/quod necessa-  
riū visum fuerit/addemus & nos. Et cum hec dixisset Petrus: gauile sunt turbe.  
Niceta vero : dicere hoc modo aggressus est. Diffinisti pater: q̄ nō per dei prouidē-  
tiā mūdus regatur/sed omnia Genesi subiaceant/vel que ad mores vniuersitatisq;/  
vel que ad gesta pertinēt. ad que statim potui respondere. Sed quia iustū est serua-  
re ordinē: diffinimus & nos/quid teneamus/sicut ipse fieri rogasti . Ego dico pro-  
vidētia dei gubernari mūdū/in iis dūtaxat que gubernatione eius indigent.Vnus  
est enim omnia tenens: qui & mundum fecit iustus deus/vnicuiq; secundum gesta  
sua quādoq; redditurus. ecce habes & nostram diffinitionē . Nūc quod vis pro-  
querē/vel mea destruēs/vel tua afferens/vt ego iis que a te prosequentur/occurrā.  
Aut si me vis priorē dicere: nō morabor. Et senex respondit. Siue tibi placet fili  
prius dicere/siue hoc magis placet vt ego dicam: nichil interest/apud eos precipue/  
qui bona venia disputat. Dic tamē tu prior: libenter accipio. & atq; vñnam possis

etiam ea que a me dicenda sunt prosequi : atq; iis que contraria sunt obiicere / & ex  
vitorūg collatione ostēdere veritatem. ¶ Niceta respōdit. Si vis(inquit) possum  
etiā tuas partes dicere / ad hec respondere. ¶ Et senex. Ostēde michi prius/quo-  
modo potes scire ea que nondū locutus sum: & ita credā q̄ partes meas prosequi  
possis. ¶ Secta(inquit Niceta) tua / & sententia quā diffiniti: manifesta est iis qui  
eruditū sunt in huiusmodi disciplinis/certaq; est eius consequentia. Et quia ego nō  
sum ignarus que sunt diffinitiones philosophorū: ex iis que proposuisti/ quid cō-  
sequatur/agnosco/maxime quia preceteris philosophis Epicuri scolas frequētaui.  
Frater autē meus Aquila magis pythagoricos sequutus est. Alius autem frater no-  
ster/Platonicos & Aristotelicos. Itaq; cū eruditis tibi auditorib⁹ sermo est. ¶ Tū  
senex. bene (inquit) & cōsequenter docuisti: quomodo ex iis que propoſite sunt  
diffinitionibus/etiā que cōsequuntur aduerteres. Sed ego ap̄lius aliquid professus  
sum q̄ sentit Epicurus . quia introduxi Genesim: eāq; causam omniū gestorū ho-  
minibus posui. ¶ Cū hec senex dixisset: ego Clemens aio ad eum. Audi pater/lite  
frater meus Niceta obtinuerit / quia non sine prouidentia mundus agitur : in ista  
parte que superest de Genesi/ego tibi potero respōdere. est enim michi notitia hu-  
ius scientie. ¶ Et cū hec dixissem/frater meus Aquila/quid necesse est(inquit) ut eū  
patrē vocemus: cū in mandatis habeamus/nemine super terrā patrem vocare. Et  
post hec respiciens ad senē: non iniuriose (inquit) accipias pater q̄ fratrem meum  
culpauī/quia te patrē vocaret . habemus enim tale mandatū: ne aliquem nomine  
patris vocitemus. Cūq; hec dixisset Aquila/risit omnis astantū ceterus/ vna cū sene  
& Petro. ¶ Aquila autē requirente causam/cur omnes riserint: aio ad eum. quod  
tu inq; in quo alios culpas/id ipse facis/qui senem appellaueris patrem. At ille ne-  
gabat dicens: vere nescio si eū patrem vocauī. Interea Petrus mouebatur suspicio-  
nibus quibusdam: sicut ipse enarrauit nobis postmodū. Et respiciens ad Nicetam:  
expedi(inquit) quod proposuisti.

Cap .III.

Vm Niceta hoc modo exorsus est. Omne quod est: aut simplex est/aut cō-  
positum. quod simplex est: caret numero/visione/colore/differentia/aspe-  
ritate/lenitate/pondere/leuitate/qualitate/quātitate/& ob hoc etiā fine. quod ve-  
ro compositū est: aut ex duobus/aut ex tribus/aut etiā ex quartuor compositum  
est/aut certe ex pluribus . & que composita sunt : necessario etiam diuidi possunt.  
¶ Et senex audiens hec: optime(inquit)& doctissime dicis fili. ¶ Et Niceta. Igitur  
illud quod simplex est/& iis omnibus caret quibus solū quod subsistit potest: sine  
dubio incomprehensibile & immensum est/neq; iūtiū vilū/necq; finē sciēs. & ideo  
vnū & solum est: & sine auctore subsistens. quod autē compositum est/& numero  
ac diuersitati subiaceat : necessario auctore aliquo compositū est/ atq; in vnam speciē  
diuersitas congregata. quod ergo immensum est: bonitatē pater est/ virtute condi-  
tor. necq; ergo condendi virtus/immenso cessare potuit: necq; bonitas ociari. sed ad  
substituēda ea que sunt/bonitate : ad cōponenda & firmāda/ virtute prouocatur.  
Substituūtur ergo & componūtur quedā (vt dixim⁹) ex duobus/vel tribus/quedā  
vero ex quattuor/alia ex pluribus. Sed quoniam nūc nobis de mundi ratione que-  
ritur/& de substantia eius/quam ex quattuor elementis esse compositā constat:cui  
omnes ille decem differentie (quas supra comprehendimus)accidunt/ab his inferis  
ciosa connexa sunt. Hec autem omnia posita sunt a deo: pro eo quod hominibus voluntas arbitrii a honorū proposito discessit/ & declinavit ad mala. Igitur in omnibus mundi rebus habetur ista diuisio. & sicut sunt pii: ita & ipsi. & ut sunt prophete: ita & falsi prophete. Sed & apud gentiles sunt philosophi: sunt & falsi philosophi. Iudeorū quoq[ue] circūcisionē: arabice gētes/alieq[ue] plurime/ad ministeriū sue in pietatis imitate sunt. Sic & diuino cultu: est cōtrari⁹ demonū cultus. & baptism⁹: baptism⁹. & legi: leges. & apostolis: pseudo apostoli. & doctoribus: falsi doctores. Et inde est: vnde apud philosophos/alii afferāt prouidētiā/alii negēt/ alii vnu deum/ alii plures defendant. Vsq[ue] ad hoc res deniq[ue] accessit: vt cū verbo defugētur demones/ per quod esse providentia declaratur/inuenierit ars magica ad infidelitatē cōfirmandā/quomodo etiā hoc ex cōtrariis imitetur. Sic & serpentū venena mitigare carminib⁹ inu[n]tū est. & verbo ac potestati dei cōtrarias iducere sanitates. Angelis quoq[ue] dei/contraria repperit ars magica ministeria/ animarū suscitations cōtra hec/ & figmēta demonū ponēs. Et ne multa enumerando/ sermonē longius trahā: nichil omnino est quod fidem prouidētie faciat/ quod nō habeat ecōtrario aliud ad infidelitatē paratum. & ideo qui ignorant istā diuisiōne rerū: pro iis que a semetipsis discordant in mundo: nō putant esse prouidentiā. Sed tu pater/ quasi vir sapiens ex ista diuisione/ elige partem: que ordinem seruat/ & fidem prouidētie facit/ & non solam sequare illam partem que contra ordinem currit: & prouidētie abrogat fideri.

Cap. XIII.

Ars magica/  
nefariaq[ue] ac  
impia

Senex.

Aquila

Senex.  
Aquila  
Senex.  
AquilaSenex.  
Aquila

a D hec senex respōdit. Da mihi viā fili: qua possim ex duob⁹ istis ordinib⁹/ (quorū alter/afferit alter refutat prouidētiā) vnu aliqd in sensib⁹ meis cōfirmare. ¶ Recū (inquit Aquila) habēti iudiciū: facile discrimē est. Nā & hoc ipsum quod aīs/ordo & inordinatio: ab artifice fieri potest. a natura vero īsensibili: nūq[ue] potest. nā verbī gratia/ponam⁹ de excelsa rupe abruptū saxū in preceps ferri/ idq[ue] illisum solo/in multa fragmenta cōmīniū: nūquid euenire vlo modo potest/ vt in illa multitudine fragmētorū/ inueniatur saltē vnu fragmentū/ in quo pfecta aliqua species p omnia habeatur ac forma? ¶ Et senex respōdit. Non potest. ¶ Quod si assit (inq[ue] Aquila) signorū artifex: excisū de móte saxū manu artificis & lensu ratiōnabili formare ī quā volet speciē potest. ¶ Et senex. Verū (inq[ue]) istud est. ¶ Ergo (ait Agla) vbi sensus non est rationalis: nulla species ex īegro formari potest. vbi vero sensus est artifex: ibi & forma/ & informitas esse potest. Verbi gratia. si excisdat de móte saxū artifex: cui formā velit īponere: necesse est vt id primo informe cedat & barbarū/ tū deinde paulatim excudēs/ & ad librā sue artis exsculpēs/ exprimat formam/ quam mente conceperit. Ita ergo ex informitate vel deformitate: artificis manu/ peruenitur ad formam/ & virtūq[ue] ab artifice procedit. Simili igitur modo & ea que in mundo geruntur: per artificem prouidētiā sunt/ etiā siue ordinata/ siue īordinata videātur. Et ideo quia tibi due iste innotuerunt vie/eorumq[ue] accepisti diuisiones: fuge īfidelitatis viam/ ne forte perducat te ad illum principem qui malis hominū gaudet. ¶ Ad hec senex respondit. Cur autem & princeps ille qui malis gaudet/ factus est: & vnde factus est/ an non est factus? ¶ Aquila ait. Alterius temporis est iste tractatus. verum ne expers abeas etiam huius responsionis: pauca tibi de hoc quoq[ue] insinuabo. Preciosus omniū deus ante cōstitutionem mundi/ sciens quia futuri homines/ alii quidem ad bona/ alii vero ad cōtraria declinabū: eos qui bona eligerit/ suo principatiū siueq[ue] cure sociauit/ atq[ue] hereditatem

sibi eos propriam nominauit. eos vero qui ad mala declinarent: angelis regendos  
 permisit iis/quia non per substantiam/ sed per propositum cu deo permanere noluerunt  
 inuidie & superbie vicio corrupti. Dignos ergo: dignorum principes fecit. ita tamen  
 eos tradidit: vt no habeant potestatem in eos faciendi quod velint/nisi si statutum sibi  
 ab initio terminum transeant. Hic autem est statutus terminus: vt nisi quis prius fecerit  
 demonum voluntatem/demones in eo non habeant potestatem. ¶ Et senex ait. Magnis  
 fice prosecutus es fili. Superest nunc: vt dicas unde est substantia mali. si enim a deo  
 facta est: fructus malus radicem culpabilem docet. videtur enim & ipsa male nature. si  
 vero coeterna fuit hec substantia deo: quomodo potest quod equaliter ingenitum &  
 coeternum est/alteri esse subiectum? ¶ Nō semper fuit: inquit Aquila. Sed neque si ex deo  
 facta est: continuo necesse est etiam conditoris eius taliter videri/quale est illud quod ab  
 eo factum est. nam substantias quidem: deus fecit omnium. Sed si rationabilis mens que a deo  
 facta est/nequaquam conditoris sui legibus acquiescir/& modum statute sibi temperantie ex-  
 cedit: quid hoc ad conditoris spectat? vel quod: si aliqua est ratio hac superior/& igno-  
 ramus: neque enim de singulis ad perfectum scire possumus:& de iis precipue/pro quibus  
 no sumus iudicandi cur ignoremus. Ea vero pro quibus iudicandi sumus: facilissima sunt  
 ad intelligendum/& pene uno sermone absoluta. omnis enim propemodum actum no  
 strorum in eo colligitur obseruata: vt quod ipsis pati nolumus/ne aliis hoc inferamus.  
 Sicut enim ipse occidi non vis: caueas oportet/ne alium occidas. & sicut tu non vis  
 violari matrimonium: nec tu alterius macules thorum. Furtum pati non vis: nec ipse facias.  
 Et intra hanc regulam: humanorum gestorum singula queque concurrunt. ¶ Tum senex. Ne  
 egre (ingrati) accipias fili: quod dicturus sum. Sermones tui quoque validi sunt: non pos-  
 sunt tamquam flectere me/ut credam fieri aliquid posse extra Genesim. Scio enim: omnia  
 michi necessitate Genesim accidisse. & ideo suaderi michi non potest: quia bene vel  
 male agere/in nostra potestate sit. & si actus nostros in potestate non habemus: non  
 potest credi futurum esse iudicium/per quod vel malis/pene/vel bonis primaria retribua-  
 tur. Denique quoniam te imbutum video in huiusmodi disciplinis: pauca tibi ex ipsa ar-  
 te proferam. ¶ Si (inquit Aquila) ex illa disciplina astruere aliquod cupis/frater meus  
 Clemens tibi diligenter respondebit: quod plenius sententiam mathesis attigit. ego enim aliis  
 viis asserere possum: quod actus nostri in nostra sunt positivi potestate. illa autem que non  
 didici: presumere non debeo. ¶ Cum hec Aquila dixisset: ego Clemens. Crastino inquam  
 dices pater ut voles/& audiemus libenter. nam & te puto grata habitur: quod cum iis tibi  
 erit sermo/qui expertes non sunt huius quam tu protuleris discipline.

## Caput.XV.

c um ergo placuissest inter me & senem/ut sequenti die disputatio nobis de ratione  
 Genesim habere/ utrum oia ex ea fieret/an esset aliquod in nobis/ quod non Genesim  
 sed animi iudicium gereret: Petrus surrexit/& sermonem facere hoc modo cepit. Mirum  
 michi admodum est: quod res quae facile inueniri possent/hoc est exquisitis cogitationibus ac ver-  
 bis difficiles faciunt. & si maxime quae videntur sibi sapientes/ quae volentes dei voluntate con-  
 spicere/quasi hoc utitur deo/imo & si quid minus. nam hoc consilium vel sensum ne-  
 mo scire potest: nisi ipse prodat quod ipse cogitauerit. sed neque quae discere potest:  
 nisi multo tempore a magistro fuerit ibut quanto magis inuisibilis/& incoprehensibilis  
 est dei/neque sensum/neque opus scire quae potest: nisi ipse mitrat prophetam/ quae enarrat  
 consilium suum/& via conditionis exponat/in quaeratum hominibus discere fas est. Unde ridicu-  
 lum puto/cum naturalibus viis de virtute dei homines iudicant: & purum hoc quod ei esse

PETRVS

Nota

possibile/illud vero impossibile/aut hoc maius/illud min<sup>o</sup> ignari omniū . qui cum  
 sint homines iniusti: iudicant deū iustum/artificem imperiti/ incorruptibile corru-  
 pti/factura factore. Et nolo putetis quia hec dicens iudicādi de rebus perīmo facul-  
 tatem . sed consilium do/ ne per deuia quis incedens/ sine fine incurrat errores. Et  
 ideo non solum sapientibus/sed & omnibus hominibus qui desideriū gerūt agno-  
 scendi quod sibi expedit : suadeo vt requirant verū prophetam . quia ipse solus est  
 qui nouit omnia: & scit quid & quomodo/vnusquisq; qrat. Inest enim intra vniū  
 cuiusq; nostrum mentē. sed in illis quidē qui desideriū dei agnitionis & iusticie eius  
 nullū gerunt/ociatur: in iis vero qui quod anime sue expedit querūt/operantur/&  
 scientie lumen accendit. Propter quod primo omniū hūc requirite . quē si non in-  
 ueneritis: ab alio vos agnituros aliquid nō speretis. Inuenitur autem cito ab iis qui  
 eum veritatis amore perquirunt: & quorū anima preoccupata non tenetur in ma-  
 ligno. adest enim iis qui eū in innocentia sp̄ritus sui desiderant: qui per penitentiā  
 sustinent/& suspiria de profundo cordis/veritatis amore producunt. Fugit autem  
 maliuolas mētes. quia vt propheta/cogitationes agnoscit vnius cuiusq;. & ideo ne-  
 mo putetur eum per prudentiam suā inuenire se posse: nisi (vt supra diximus) mē-  
 tem suam omni nequitia vacuā fecerit/atq; agnitionis eius desideriū purū & fidele  
 conceperit. Vbi enim talem se quis preparauerit: ipse vt propheta videns prepara-  
 tam mentem/sponte se adhibet agnoscendū. Si quis igitur vult omnia discere/non  
 per singula discutiens(neq; enim poterit cum sit mortalis : dei inuestigare cōsilium/  
 & ipsam immensitatem perscrutari)sed si discere(ut diximus)omnia desiderat/verū  
 prophetam requirat. Quem cum inuenerit. non questionibus aut disputationib<sup>o</sup> /  
 necq; argumentis cum eo agat: sed si quid responderit/ si quid pronunciauerit/hoc  
 certū esse/nō potest dubitari.& ideo queratur verus propheta ante omnia: & eius  
 verba teneantur in quibus illud tantūmodo discutiendum vnicuiq; est : vt satisfa-  
 cit sibi/si vere prophetica eius verba sunt/id est si indubitatam fidē cōtinent futu-  
 rorum/ tempora diffinita consignant / si verū ordinem seruant/si non que prima  
 sunt. nouissima/ & que in nouissimis gesta sunt prima narrarunt/si nichil versutū/  
 nichil magica arte ad decipiendum compositum cōtinent/aut si non que aliis reue-  
 lata sunt/ad se transtulerunt admixtis mendaciis. Et cum his omnibus recto iudicio  
 discussis/verba constiterit esse prophetica: demū credi eis de omnibus que dixerint  
 & responderint debetur. Et enim consideremus diligentius opus diuīne prouiden-  
 tie. nam quia philosophi introduxerūt verba subtilia quedam & difficilia/ita vt ne  
 ipsa quidem vocabula sermonū/ nota esse omnibus possent & intelligibilia : deus  
 eos qui sibi artifex verborū videbantur/ per omnia imperitos esse ad agnitionem  
 veritatis ostendit . simplex enim & manifesta ac breuis/ est rerū scientia: que per ve-  
 rum prophetā traditur . quam isti per deuias incedentes / & scrupelas verborū dif-  
 ficultates: tota ignorauerunt via. Igītū verecundis & simplicibus mentibus/cū vi-  
 derint fieri que predicta sunt: satis/abundeq; sufficit . vt de certissima presentia/ce-  
 tissimā scientiā capiant: & de cetero requiescant/evidenti agnitione veritatis assu-  
 pta. Cetera omnia existimatione tractantur: in quibus firmū esse nichil potest. quis  
 enim sermo est/qui non recipiat contradictionē: & que argumentatio est/que non  
 possit alia argumentatione subuerti: & inde est: q; ad nullum finem scientie & agni-  
 tionis/per huiusmodi disputationem peruenire homines possunt/priusq; finē vite  
 inueniant q; questionū . Et ideo cum in his omnia habeantur incerta: ad verū pro-

PETRVS  
 pedetim de  
 diuinitate  
 & imēitate  
 CHRISTI

phetam veniendum est. quem deus pater volens ab omnibus diligere: ea que homines induixerunt/in quibus nichil potest apprehendi/voluit penitus extinguere. ut quo magis iste quereretur/& quam illi magis occluserant: his omnibus viam veritatis aperiret. Propter hunc enim deus etiam mundum fecit: & ab ipso mundus repletur. unde & querentibus eum adest ubique: etiam si in ultimis finibus terre queratur. si vero non pure quis eum/nec sancte/neque fideliter querat/ intra ipsum quidem est/ quia ubique est/ & intra sensus omnium invenitur: sed (ut supra diximus) infidelibus dormit/ & absens habetur iis/quibus ipse esse non creditur. Cumque hoc & alia huiusmodi/Petrus de vero propheta prosecutus esset/turbas dimisit. Senem vero cum rogasset plurimi permanere nobiscum: obtinere non potuit. sed & ipse discessit: alia die sicut placuerat redditurus. Et post hec/nos vna cum Petro ingressi hospitium: cibis & quiete/ solito utimur.

Hee ad Christi  
diuinitatem atque  
tinent,

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
OCTAVI LIBRI  
FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
LIBER NONVS.

Caput. I.

Equenti die Petrus una nobiscum: mature ad locum in quo pridie habita fuerat disputatio/preparauit. acque ibi cum plurimas iam ad audiendum conuenisse turbas / & senem cum eis videret: ad eum ait. Hesterne die o senex/cum Clemente placuerat ut hodie sermo fieret. & aut tu ostenderes nichil extra Genesim fieri posse: aut Clemens doceret Genesim non esse/sed in nobis & in nostra potestate haberique gessimus. Ad hec senex respondit. Et quid placuerit memini: & tua verba teneo/que post pactiones locutus es/ quibus docuisti impossibile esse hominini/scire aliquid/nisi a vero propheta diccerit. Et Petrus. Nescis(inquit)quomodo dixerim: sed nunc te ego commonebo. de voluntate dixi & consilio dei: quod habuit/priusque mundus esset/ & quo consilio mundum fecerit/tempora statuerit/legem dederit/ustis ad remunerationem futurum seculum promiserit/in iustis penas ex iudicii sententia statuerit. hoc ego dixi consilium/ & hanc voluntatem dei: ab hominibus inueniri non posse. quia nemo homo potest sentium dei coniecurus & existimatione colligere: nisi propheta ab eo missus enunciet. non ergo de quibuscunque disciplinis aut studiis dixi/que inuenitis sine propheta aut sciri non possint. quippe qui sciam & artificia & disciplinas sciri/ & exerceri ab hominibus: quas non a vero propheta/sed a magistris hominibus dicserunt. quoniam ergo te professus es gnarum esse positionis siderum / & stellarum cursus/ex quibus conniceres Clementem/que Genesi omnia subiacent/aut ab ipso disceres/que per prouidentiam regnunt vniuersa/que est aliquid etiam in nobis: iam hoc expedire conuenit. Ad hec senex respondit. Iam quidem necessarium

PETRVS

Senex

PETRVS  
Hic verum prophetam id est Christum consilium propositumque deinceps nuncupat: que loanes verbū gerat in principio & quod erat deus apostolus pellat.

In nobis: in nostra potestate. Senex

non erat huiusmodi mouere me questiones: si possibile esset nobis/ à vero prope  
ta discere & audire diffinita sententia/ quia sit aliquid in nobis / & in arbitrio positum  
libertate. valde enim me sermo tuus mouit hesternus : in quo de virtute prophetica  
disputasti. vnde & ego assentior/ & confirmo sententiam tuam: quia nichil pos-  
test ab homine certum indubitatumque cognosci . cui & exiguum vite tempus est  
& breve: ac tenue spiramen/ quo retineri videtur in vita . veruntamen quoniam  
priusque de prophetica virtute audiem/ aliquid pollicitus video Clementi/ vt ostend-  
erem quia omnia subiecta sunt Genesi/ aut ab ipso dicerem quia est aliquid in no-  
bis: prestat michi ipse in hoc gratiam/ vt primus incipiat/ & que obitci possunt pro-  
ponat/ & absoluat. ego enim ex quo paucis a te audiui de virtute prophetie/ magnitudinem  
prescientie considerans continuo/ fateor: nec omnino recipiendum quicunque  
censeo/quod coniecturis & existimatione colligitur.

Cap. II.

Clemens ubi  
apti⁹ de Chri-  
sti domini di-  
uinitate.

e T cum hec senex dixisset: ego Clemens dicere cepi. Deus per filium suum crea-  
uit mundum tanquam duplice domum/ inferiorem firmamenti huius (quod celum  
appellatur) distinctam: & in superiori quidem angelicas habitare virtutes/ in isto au-  
tem visibili mundo nasci hominum multitudinem dedit. ex quibus eligeret amicos filio suo: cum quibus letaretur/ & qui ei/tanquam sponsu dilecta sponsa pararentur. verum  
vscque ad nuptiarum tempus/ quod est presentia seculi venturi: statuit virtutem quan-  
dam que ex iis qui in hoc mundo nascuntur eligat/ & custodiat meliores/ ac servet  
filio suo sequestratos in loco quodam mundo qui extra peccatum est: in quo iam sunt  
aliquantum/ qui ibi velut sponsa (vt dixi) decora/ ad sponsi presentiam preparantur.  
Nam mundi huius & presentis temporis princeps/adultero similis est: qui mentes  
hominum corrumperit ac violat. & desiderio veri sponsi seducens: illicitat ad aliena  
desideria. ¶ Sed dicit aliquis: quid ergo necesse erat istum principem fieri/ qui a ve-  
ro principe mentes hominum declinaret? Quoniā deus qui (vt dixi) filio suo amicos  
voluit preparare: nō eos tales esse voluit/ qui necessitate nature aliud quid esse nō  
possent/ sed qui arbitrio suo & voluntate/ boni esse desiderarent. quia nec laudabi-  
le est/ quod non est desiderabile: nec bonum iudicatur/ quod non proposito expe-  
titur. nichil enim laudis est id esse: a quo te mutari necessitas nature non sinat. pro-  
videntia enim dei/ hominum multitudinem nasci in hoc mundo voluit: vt ex plurib⁹  
eligerentur illi/ qui iustam diligenter vitam . & quia presentem mundum preuidit/  
non aliter posse nisi diversitate & inequalitate constare: secundum presentium re-  
rum diuersitates/vnicuique menti libertatem motum dedit. & hunc principem po-  
suit: quo ea contraria que videtur agi tantum electione meliorum/ virtutis esse ope-  
ra constaret. sed vt planius fiat quod dicimus: per singula exponemus. nunquid  
omnes (verbi gratia) oportebat esse reges/ aut principes/ aut dominos/ aut pedago-  
gos/ aut legisperitos/ aut geometras/ aut aurifices/ aut piscatores/ aut fabros/ aut  
grammaticos/ aut diuites/ aut agricultores/ aut olitores/ aut pauperes: hec (certum est)  
quia omnes esse non poterat: omnia tamen hec officia & multo plura/presens vi-  
ta hominum requirit/ & sine his transligi non potest. est ergo necessaria in hoc mun-  
do diuina equalitas. non enim potest esse rex: nisi habeat quos regat/ & quib⁹ im-  
peret. neque potest esse dominus: nisi habeat cui dominetur. & cetera similiter. scies  
ergo conditor/a nullo sponte veniri ad agonē dū refugitur labor (hoc est ad exer-  
cendas artes istas: quas supra diximus/ per quas vel iusticia vniuersitatisque/ vel mis-

ricordia manifestari potest) corpus homini fecit/quod famen/& sitim/& frigus recipere. ut reficiendi corporis causa compulsi homines: ad omnes quas supra diximus artes/victus necessitate descenderet. cibi enim & potus atq; indumenti gratia: singulas quascq; artes expetere docemur. & hinc iam vniuersitatisq; mentis propositum declaratur: vtrū necessitatē famis & frigoris/ per furta & homicidia atq; per iuria resartiat/perq; alia huīusmodi scelera . an iusticiam/misericordiam/cōtinentiāq; custodiens/artis studio & manuū labore/īminentis necessitatis expleat ministerū. si enīm cum iusticia & pietate ac misericordia/necessitatē corporis transfigat: velut propositi agonis vīctor/ amicus filii dei & electus abscedit. si vero per fraudes/ per iniquitates & scelera/concupiscentiis deseruāt corporalibus: prīncipi huius mundi atq; omniū demonū/amicus efficitur. a quib; etiā hoc edocetur: vt stellarum cursibus/ malorum suorum ascribat errores/ quos nō nisi proposito ac voluntate des legit. etenim artes/cogēte (vt diximus) cibi ac potus voluptate/discūtur & exercentur. que voluptas cum accesserit/vnicuiq; veritatis agnitiō/infirmior efficitur q; succedente parcimonīa. quantus enim sumptus est aqua & pane vtentibus/& hunc a deo sperantibus: est ergo (vt diximus) necessaria quedam in dispensatione mundi inequalitas: dum omnes quidem homines non omnia possunt scire vel implere artificia/vīsu tamen & ministerio omniū/ pene omnes indigent. & ob hoc necesse est alium operari/alium operanti prebere mercedem. aliū seruire/aliū dominari/aliū regi/aliū regere. sed hanc inequalitatem que mortalium vitam necessario subsecuta est: diuina prouidentia in occasionem iusticie/misericordie/humanitatisq; cōuertit. vt dum hec inter homines aguntur: sit vnicuiq; causa agendi iuste cum eo/cui merces operis exsoluenda est. & faciendi misericordiam cum eo: qui debilitate fortassis/aut penuria intercedente/debitum soluere non potest. sed & humane agendi cum iis/qui conditioni videntur obnoxii. mansuetudinem quoq; conseruandi: erga subiectos . & omnia prorsus gerendi: secundū legem dei . dedit enim legem: iuvans per hoc humanas mentes. vt facilius erga vnumquodq; qualiter agi deberet/ adauerterent: simulq; agnoscerent qua via effugeret malum/& qua ad futura tendent bona . & vt in aqua regenerati: ignem vetuste nativitatis extinguerent. prima enim nostra nativitas/per ignem cōcupiscentie descendit. & ideo dispensatione diuina: secūda hec per aquam introducit/que restingat ignis naturam. & celesti spiritu anima illuminata: metum prime nativitatis abiiciat. si tamen ita de reliquo vivat:vt nullas omnino mundi huīus voluptates requirat/sed sit tanq; peregrinus & aduena/atq; alterius ciuitatis ciuis,

Nota de astrologia genethliaca.

### Caput.III.

**F** Ed fortasse dicas. Quia in iis quidem in quib; naturalis necessitas exigit artium operumq; ministerium/potest vnuquisq; habere in potestate seruare iusticiam/& modum vel desideriis vel actibus quem velit imponere: quid de egreditudinibus dicemus & infirmitatibus que accidūt hominibus/& q; demonibus nō nulli vrgentur/& febribus & frigoribus/ nonnulli etiā furore aguntur & mente excidūt/& omnia illa que innumeris casibus premūt mortalium genus: Ad hec dicemus. Si consideret quis totius ministerii rationem: hec illis que supra exposuim⁹/ iustiora esse pronūciabit. deus enim naturam hominib⁹ dedit: per quam & doceri possint de bono/& obſistere malo.id est vt & artes possint discere/& obſistere vo-

luptatibus: ac preferre in omnibus legem dei. ob hoc virtutes quasdam contrarias oberrare mundum hunc/ & obliuictari nobiscum permisit: propter causas que iam superius dictæ sunt. vt ex earum certamine: oriatur iustis palma victorie/ & meritū premiorum. Ex istis ergo accidit interdum/ vt si qui incontinenter egerint/ & non tam oblistere q̄ cedere/ atq; in semetipsis dare eis voluerint locum: noxia earum aspiratione/ generetur intemperata & viciosa progenies. dum enim totum libidini indulgetur/ & obseruatio nulla conueniēdi est: illorum sine dubio demonū/ quibus hec perurgentibus fiunt vicia: & fragilitates suscipit importuna generatio. & ideo pro huiusmodi viciis natorum: obnoxii erunt parentes/ qui legem seruare concubitus noluerunt. licet sint & alie cause secretiores: quibus his malis obnoxii efficiuntur anime/ quas uic proferre tempus non est. tamen oportet vnumquenq; agno scere legem dei: vt ex ea/ generandi obseruantiam sumat/ & immūdicie causas declinet/ vt possit mundum esse quod dignitur. nec enim fas est/ vt in plantandis quidem virgultis/ vel in seminandis frugibus oportunit̄ tempus queratur/ & terra purgetur/ atq; omnia que conuenit parentur/ ne forte semen iactum ledatur & perireat: & in solo homine qui est super omnia hec/ serendi obseruatio nulla habeatur/ nulla cautela. ¶ Sed quid/ q̄ nō nulli (inquieris) cum prima etate absq; vicio fuerint corporali/ processu temporis incurrit hec mala: ita vt aliquāti etiam violente precipitent in mortem. Etiam de his vicina & pene eadem ratio est. ille enim quas diximus contrarias humano generi potestates: ad vniuersitatemq; cor/ per multas & diversas concupiscentias inuitātur quodam modo / & ingrediendi accipiunt locum. est autem in illis vis & potestas/ que hortetur & iciterat tātum: nō que cogat & perficiat. si ergo quis acquiescat eis/ vt etiam agat ea que male desiderat: consensus sui & actus/ mercedem perditionis & pessime mortis inueniet. si vero futurū iudicium cogitās/ metu ipso fuerit repressus/ & reuocauerit se ne actu impleat quod mala cogitatione concepit: effugiet nō solum presentem perniciem/ sed & futura supplicia. omnis enim causa peccati/ similis videtur esse stupe pice oblite: que ubi calore ignis coceperit/ statim inflammatur. ibi vero ignis incendium: opera esse demonum intel liguntur. si ergo quis inueniatur peccatis & concupiscentiis tāq; pice oblitus: ignis ei facillime dominatur. si vero non peccati pice/ sed aqua purificationis & regenerationis infusa sit stupa: ignis in ea demonū/ non valebit accendi.

## Caput. IIII.

**S** Ed dicet aliquis: & quid faciemus iam nos/ quos contigit peccatis sicut pice esse oblitos? Respondebo: nichil aliud/ nisi vt festinetis ablui. quo expurgatur a vobis ignis materia: per invocationem sancti nominis. & de reliquo futuri iudicij metu/ concupiscentias refrenetis/ atq; aduersarijas potestates (cū forte ad sensus vestros accesserint) tota obſtinatione pellatis. ¶ Sed dices. In amorem si quis inciderit: quomodo se poterit continere/ etiam si ante oculos floscos/ ipsum ignis fluvium/ quem pyriphlegetonta nominant/ videat? Hec excusatio est eorum: qui cōuerti ad penitentiam nolunt. Deniq; nūc volo pyriphlegetonta adducas in mediū hominū/ tibi propone penas/ & vide quantum valeat metus: potest ne quisq; cum pro amoris crimine ad supplicium ducitur/ & ad stipitem colligatur vrendus/ in illo tempore/ eius quam amauit/ vel desiderium capere/ vel speciem ante oculos posere: nequaq; inquieris. vides ergo quia presens metus resecat iniqua desideria. q̄ si

credentes deo / & futurum iudicium/penasq; ignis eterni confitentes/ non se cons  
tent a peccato: certum est quod non plena fide credunt. si enim certa sit fides: cer  
tus fit & timor. si vero minus est aliquid in fide: relaxatur & metus. & tunc locum  
introeundi inueniunt contrarie potestates: quarum persuasionibus cum acquieue  
rint/necesse est ut & potestati earum obnoxii fiant/ & ipsis persuadentibus agatur  
ad precipitia peccati . Igitur astrologi ignorantibus modi mysteria : putant stel  
larum cursibus ista contingere. vnde & iis qui accedunt ad eos ut de futuris aliquid  
consulant/respondentes: falluntur in plurimis. nec mirū . nō enim sunt prophete  
sed vsu multi temporis autores eorum perfugium quoddā/ in iis quibus decipian  
tur inueniunt. & climaterias quasdam introducunt: ut de rebus incertis scientiā fin  
gant . climaterias enim dicunt : quasi periculi tempus/ in quo interdum perimitur  
quis/interdum non perimitur. ignorantes q; non stellarum cursus hec: sed demo  
num gerit operatio. qui ad astrologie errorem confirmandū/subseruiētes: calculis  
matheseos decipiunt homines/ad peccandum . vt cum vel deo permittente/vel le  
gisbus exigentibus/peccati dederit penas: verum dixisse videatur astrologus. & ta  
men falluntur etiam in hoc . si enim cito conuersi fuerint ad penitentiam/ & future  
pene recordationem acceperint ac metum: conuersi ad deum/per gratiam baptis  
mi resoluetur pena mortis.

Cap. V.

**S**ed dicet aliquis: multi & homicidum/& adulterium/& alia scelera commis  
serunt/ & nichil malī passi sunt. Hoc quidem raro accidit hominibus : tamē  
nescientibus consilium dei/frequenter accidere videtur . deus autem qui nouit vni  
uersa: scit quomodo/ & quare peccat qui peccat / & que vñiquēq; causa ducat ad  
peccatum. hoc tamen generaliter agnoscendum est : q; si qui non ita mente & actis  
bus malī sunt/nec proposito incitati ad peccandum deuoluuntur/ his velociter eo  
magis in presenti vita redditur pena. vbiq; enim & semper: deus prout competere  
iudicat vnicuiq; pro actibus suis reddet. eorum vero qui proposito exercent malis  
ciam/ita vt interdum in eos seuiant a quibus bona consecuti sunt/ & nullam recor  
dationem capiant ad penitentiam: differt penas in futurū . non enim merentur illi  
sicut illi de quibus supradiximus : in presenti vita scelerum suorum finire vidictam.  
sed permittitur eis presens tempus implere vt volunt: quia emendatio eorum non  
est iam talis/que temporalibus indigeat castigationib<sup>9</sup>/sed que eterni ignis in inferno  
exigat penas. quorum anime ibi penitentiā querūt: vbi inuenire nō possunt. Q;  
si in hac vita positi/illas quas ibi patiētur penas/āte oculos posuissent: refrenassent  
vtiq; desideria/& nullo pacto decidissent in peccatum. multū enim potest sensus in  
anima/ad refecādas omnes eius cupiditates : maxime cum celestī scieritam ceperit/  
per quam lumine veritatis accepto/ab omni obscuritate malorum actuum declinas  
bit. sicut enim sol/omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit & contegit: ita &  
mens/per scierie lucem omnes cōcupiscērias anime inefficaces reddit & ociosas/fus  
turi iudicii memoriam super eas tāq; radios suos emitte& ita vt ne aparere quidem  
vltra in anima queāt. Q; autem timor dei multum valeat ad reprimēdas concupis  
cērias: cape humani timoris exemplum. quotusquisq; est qui nō inter homines cō  
cupiscat aliena: & tamē metu pene que legibus statuta est/ refrenatur & cōtinētius  
agit. regi: propter metū/gētes inbiacēt & armatus paret exercit<sup>9</sup>. serui cum sint vas  
iliōres dominis suis: propter metum tamen imperia perferūt dominorū suorum,

Astrologi

Climaterie  
astrologorūQui ad astro  
logie errorē t  
qui demones

bestie ipse fere: metu mitescunt: tauri validissimi: iugo colla submittit. & immantes elephantis: magistris obtemperant per timorem. Sed cur humanis vtamur ex epis: cum etiam diuina non desint. nōne terra ipsa: sub precepti metu permanet: quod etiam motu sui & tremore testatur. mare: statutum terminū serbat. & angeli: pacē custodiunt. stelle: ordinem tenent. & fluuii: meatus. demones quoq; certum est: more in fugā verti. & ne per singula sermonem lōgius producamus: intuere quo modo vnūquodq; timor dei continens/cūcta in harmonia propria/ & ordinis sui compage custodiat. quāto magis ergo certi esse debetis: quia & demonū concupiscentie que in cordibus vestrīs oritur/ammonitione timoris dei/extingui possunt & penitus aboliri: cum etiam ipsi incensores concupiscentie: metu sibi dominante diffugiant. hec ita se habere sciens: si quid tibi respondendum videtur/incipit.

Cap. VI.

Senex.

**t** Vm senex. Sapienter inquit filius meus Clemens aptauit prosecutionē suā: ita vt nichil nobis ad hec dicēdum reliquerit. verum omnis eius sermo/ quē de natura hominū differuit: hanc habet continētiā. quia cum eo quod inest eis libertas arbitrii: est extrinsecus & aliqua causa mali/ ex qua per diuersas concupiscentias incitentur quidem homines/non tamē cogantur ad peccatum. pro eo (inquit) p multo his validior est timor qui obstat/& impetus desideriorū refrenet. vt cū naturales motus accesserint: effugatis iis qui eos incitat & inflāmant demonibus/ peccatum nō possit admitti. Sed me hec nō adducit ad fidē. cōscius enī michi sum quorūdā: ex quibus bene noui/ qā cōpaginatione stellarū/homines aut homicide/ aut adulteriū fūt/ceteraq; perpetrāt mala. similiter autē & honeste ac pudice feminine: vt bene agāt inde cogūtur. deniq; cū Mars centrū tenens/in domo sua ex tetragono respexerit Saturnū cū Mercurio ad centrū/Luna vero veniēt super eum plena: in Genesi diurna efficit homicidas/ & gladio casuros/sanguinarios/ebriosos/libidosos/demoniosos/secretorum persecutatores/maleficos/sacrilegos/& si que sunt his similia/precipue cum bonarū stellarum nulla respexerit. sed & ipse rursus Mars ad Venerem schema tetragonū habēs/ex parte ad cētrū nō respiciēt aliquo bono rū: adulteros efficit/forores/& filias/& matres in cōiugū adducit. Venus cū Luna in finib; & dominib; Sarurni/cū Saturno si fuerit attestāte Marte: efficit mulieres qdē viragines/ad agriculturā/ad structurā/ & ad omne opus virile promptas/mis̄seri qbulcūq; voluerint & nō argui a viris pro adulterio/nulla vt mollitie/nō vnguētis/nō vestibus/nō calciamētis muliebris/ sed viro rū sorte agētes. viros autē esse vt feminas/nec qdē virile gerere: cacodemon Venus cū Marte si sit in arietē. efficit ecōtrario mulieres/si sit in capricorno aut aquario.

Cap. VII.

**t** Vmq; multa de his senex prosecutus esset/ & vnūquodq; schema mathesis stellarūq; positiones enumerasset/volens per hec ostēdere/quia timor non sufficiat refrenare cōcupiscentias: ego rursus respōdi: vere pater/doctissime & eruditissime prosecut⁹ es:& ipsa me ratio inuitat/aliquid ad ea que abs te disserta sunt respōdere. Quoniam quidē scītia michi mathesis nota est/& libēter cū eruditō viro habeo sermonē. ad ea que dixisti: vt euīdēter agnoscas Genesim ex stellis omnino non esse/& q̄ possibile sit obſisti aduersum impugnationē demonū/& ab iis q̄ cōfugiant ad deū naturales cohiberi cōcupiscentias posse/sed & per hominū timore sicut sā nūc docebim⁹. leges sunt in vnaquaq; regione vel regno ab hominib; po-

Stultitiae  
nethiacorūQuartus aspe  
ctus martis &  
saturniTritius a pe-  
ctus martis &  
veneris.Venus & luna  
cū saturnoCacodemo-  
nē: malum ge-  
niū/& ifortu-  
niū vocabat  
error gēliū.  
Clemens.

site/sine scriptura sine etiam vsu durates: quas nemo facile transgreditur. densq; pri  
mi Seres qui in initio orbis terre habitant: legem habent neq; homicidium/neq; adulterium/neq; nosse furtum/neq; furtum committere/neq; idola venerari. & in illa tota regione que est maxima: neq; templum inuenitur / neq; simulacrum / neq; meretrix/neq; adultera/neq; fur ad iudicium deducitur/sed neq; occisus ibi homo fertur aliquando. & tamen nullus libertas arbitrii compulsa est secundum nos ab stella Martis ignita/vt ferro vterentur ad hominis necem/ nec Venus cum Marte posita alienum matrimonium compulit viciari. cum vtq; apud eos per singulos dies Mars medium celi circulum teneat. Sed est apud seres/legum metus vehementior q; Genesis constellatio. sunt similiter & apud Bactras in regionibus indorum immense multitudines bragmanorum:qui & ipsi ex traditione maiorum/moribus legibusq; concordibus/ neq; homicidium/neq; adulterium committunt/ neq; simulacra colunt/neq; animantia edere in vsu habent/nunq; inebriantur/nuq; maliciose aliquid gerunt/sed deum semper timent. & quidem cum ceteri indorum & homicidia & adulteria committant/& simulacra colant/ & inebriantur atq; alia huiusmodi flagitia exerceant. sed et in ipsius indie partibus nichilominus occiduis regio quedam est vbi hospites cu inciderint/capti immolantur & comeduntur: & neq; bone stelle vetuerunt eos ab huiusmodi flagitiis & ab execrandis cibis/ neq; maligne stelle compulerunt Bragmanes/ vt aliquid agerent malum. & rursus mos est apud Persas matres accipere in coniugium/ & sorores & filias/ & sub illo omni axe incerta Perse inueniunt matrimonia . ac ne forte liceat iis qui mathesin sequuntur/ut illo perfugio/ quo dicunt certas quasdam esse plagas celi/quibus propria quedam habere conceditur. ex ea Persarum gente aliquanti ad peregrina profecti sunt/ qui Magusei appellantur/ex quibus vsq; in hodiernum sunt alii in Media/ alii in Parthia/sed & in Egypto nonnulli/plures autem in galathia & phrygia : qui omnes inceste huius traditionis formam indeclinabilem seruant / ac posteris custodiendā trāmittunt/etiam cum plagam celi mutauerint . nec tamen eos Venus cum Luna in finibus & dominibus Saturni/cum Saturno attestate etiam Marte/compulit habere inter ceteros Genesim. Apud Gelos quoq; mos est: vt mulieres agricolētur/edificant/& omne opū virile perficiant/sed & miseri quibus volunt licet/ nec incusantur a viris/aut adultere appellantur. passim enim concubitus miscent/& precipue cum hospitibus: vnguenta nesciunt/non induuntur veste fucata/ non calceis . econtra viri gelonū ornantur/peetruntur/indumentis mollibus induuntur/ auro compositi/ vnguentisq; delibuti : & hec non pro dissolutione vitium (sunt enim bellicissimi & venatores acerrimi) nec tamen vniuersae gelonum mulieres in capricorno/ aut aquario casodemone in venere in nascentes habuere/ neq; viri earum in ariete cum marte venerem positam/per quod schema effeminatos ac dissolutos nasci afferit viros calidaica disciplina. Porro vero in Susis/mulieres vnguentis/ & quidem optimis vtūtis ornamentis/compte lapidibus preciosis/ministeriis quoq; ancillarum fulte procedunt/multo meliore ambitione q; viri: nec tamen pudicitiam colunt/sed indifferens eis cum quibuscum voluerint vsus est/& seruis & hospitibus. talis licentia a viro permitta est. & non solum non culpatur pro hoc: sed & dominantur in viro nec tamen omnī geneses mulierum susidarum: in medietate celi cum Ioue & marte venerem in Iouis dominibus habet. In vltioribus vero orientis partibus: si puer

Seres populi.  
Sine vsu: sine  
vtilitate

Bragmanes.

Alii indi.  
Ea que hic de  
serentur popu  
lis/ Indis/ Per  
sis/ Magusis/  
& reliquis di  
cuntur: ex hi  
storis addu  
cebant clemēs.  
que etiam Ses  
ni: & pleriq;  
auditorū no  
te esse pote  
rant Pers e:  
hec proph  
nahabuerunt  
ex institutiō  
magorum.  
Magusei.  
Gelones,

Suside muli  
eres

Vltra orienta  
les

muliebri se substernat iniurie cū agniti fuerit/a fratribus aut parentibus vel quibus  
 liber proximis interficitur/nec sepultura donatur. Et rursus apud Gallos lex prisa  
 constituit/nupti tradit publice pueros: nec tamē obprobriū ex hoc aliquid duci. &  
 nūquid possibile est: vt omnes qui tā turpiter succumbūt apud Gallos/luciferū cū  
 mercurio in domibus saturni & finibus martis habuerint? In britānie partibus:plu  
 res viri/vnam habent vxorem. In Parthia multe mulieres vnum habent virum. &  
 vtraq̄ orbis pars/morib⁹ suis atq̄ institutis obsequitur. Amazones omnes nō ha  
 bēt viros: sed sicut animalia/semel in āno circa vernale equinoctiū proprios egresso  
 terminos/finitime gentis viris miscentur/solēnitatem quandam per hoc obseruan  
 tes. ex quibus cum conceperint: redeunt. & si marem pepererint abiiciunt: feminas  
 nutrīunt. Cūq; vnū temporis sit omniū partus: absurdum est vt in maribus qui  
 dem putetur mars cum saturno in tempore equis esse portionibus/in feminarum  
 vero Genesi nūq;. sed neq; mercurium cum venere habuisse in domibus propriis  
 positum: vt vel pictores ibi/vel sculptores/vel trapezitas efficiat. aut in domibus  
 veneris: vt vnguentarios/vel vocales/vel poetas producat. Apud Sarracenos &  
 superiores Libes/ & Mauros/ & circa ora maris oceani habitantes/ sed & in extre  
 mis germanie partibus/& apud sarmatas/vel scythes/ atq; omnes que sub axe sep  
 tentrionis facient pontici littoris gentes/& in Chrysea insula: nūq; inuenitur trape  
 zita/nec sculptor/aut pictor/aut architectus/aut geometres/ aut tragedus/aut poe  
 ta. ergo defecit apud eos mercurii venerisq; constellatio. Ex omni orbe terrarum  
 Medi tantum modo/summa obseruantia/ adhuc spirates homines canibus deuo  
 randos obiciunt: & non ob hoc martem cum luna per diurnam Genesim in can  
 cro positos habent. Indi mortuos suos incendunt: cum quibus & vxores defunctorum/  
 sponte se offerentes incenduntur. sed non ideo omnes que viue incenduntur  
 Indorum mulieres: in nocturna Genesi sub terra habent solem cum marte in parti  
 bus martis. Germanorum plurimi/laqueo vitam finiunt: nec iccirco omnes lunam  
 cum hora/a saturno & marte circuncindas habent. sed in omni gēte & in omni die:  
 per omnem diuersitatem Genesim/nascuntur homines. Ex quibus omnibus appa  
 ret: quia metus legum in vnaquaq; regione dominatur. & arbitrii libertas/ que est  
 hominibus insita per spiritum: obtemperat legibus/nec cogere potest Genesim/aut  
 Seres homicidium committere/aut Bragmanas vesci carnib⁹/aut Persas incesta vi  
 tare/vel Indos non exuri/aut Medos non a canibus deuorari/ Parthos non habe  
 re plures vxores/aut mulieres Mesopotamie non seruare pudiciciam/Grecos non  
 exerceri palestris/Gallorum pueros non pati muliebria/ vel gentes barbaras greco  
 rum studiis institui. sed vt dixim⁹: vnaqueq; gens suis legibus vtitur pro libertatis  
 arbitrio/& decreta Genesim/legum severitate depellit.

## Caput. VIII.

**C** Ed dicit aliquis eorum qui in disciplina matheſeos attētius eruditī sunt: Ge  
 nesim in septem partes dirimi/que illi climata appellat. dominari vero vni  
 cuiq; climati vnam ex septem stellis: & istas (quas exposuimus) diuersas leges non  
 ab hominibus positas/ sed ab ipsis principibus secundum vniuersitatisq; voluntatem.  
 & hoc q; stelle vsum est: legem ab hominibus obseruatam. Ad hec ergo responſa

Galli  
 Benedicta sit  
 clemētissima  
 Christi visita  
 tio: que tā ne  
 fandas leges  
 abstulit vitam  
 cōmutauit in  
 melius.  
 Brytanni  
 Parthi.  
 Amazones.

Sarraceni  
 Libici  
 Mauri.  
 Germani  
 & armate  
 Scythe.  
 Larctoi popu  
 li  
 Medi  
 Indi  
 Germani

Clemens

debitus: quod primo quidem non est in septem partes/orbis terre divisus. Tum deinde tametsi ita esset: in vna parte/in vna regione inuenimus multas differentias legum. & ideo neq; septem sunt secundum numerum stellarum/neq; duodecim secundum numerum signorum/neq; sex & triginta secundum numerum decanorum: sed sunt ionumere. meminisse autem earum debemus/que supra enumerate sunt: q; in vna iudea regione sunt & qui hominū carnibus vescuntur/& sunt qui etiam a pecudibus vel avibus omnibusq; animantibus abstinent. & q; Magusei non solū in perinde matres ac filias accipiunt in matrimonio: sed & in omni gente vbi cuncte habitauerint/maiorum suorum incesta instituta custodiunt. Tum preterea & innumeras gentes memorauimus: que penitus studia nesciunt litterarum. sed & aliquati sapientes viri: ipsas leges in nonnullis commutauerunt locis. alie vero etiam sponte pro sui vel impossibilitate/vel honestate derelictae sunt. certe(quod in promptu est noscere) quanti imperatores gentium quas vicerunt/leges & instituta mutarunt: & suis eas legibus subiecerunt: quod euidenter a Romanis factum docetur: qui omnem pene orbem/omnesq; nationes/ propriis primo & variis legibus institutisq; viuentes/in romanum ius & civili scita verterunt. Supereft ergo ut & stelle gentium/que a romanis vici sunt: climata sua partesq; perdisserint. Addam adhuc re: que possit etiā valde incredulis satisfacere.Iudei omnes qui sub lege Mosis viuunt: filios suos octaua die absq; vlla dilatione circuncidunt/ & infantes teneri sanguine fundunt. A seculo autem nullus ex gentibus: hoc die octaua perpessus est. & contra: Iudeorum nullus omisit. quomodo ergo in hoc ratio Genesim stabit: cum per totas orbis terre partes/ omnes iudei admixti gentibus viuant & octaua ferrum parerant die/vnius in membris loco. & nemo gentilium. sed ipsi soli hoc faciunt/non stella cogente nec profusione sanguinis perurgente/sed lege religionis adducti. & in quocunq; orbis loco fuerint: hoc est eis insigne vernaculum. Sed & q; vnum non omnibus inest vbi cuncte fuerint: nunquid & hoc per Genesim venit: & q; nūq; apud eos infans natus: exponitur. & q; septimo quoq; die omnes vbi cuncte fuerint oculum gerunt/nec iter incedunt/nec igne vtuntur? Quid est ergo q; nullum iudeorum in illa die Genesim cogit aut iter agere/aut edificare/aut vendere aliquid/ aut emere? Quinimo & maiorem rerum fidem presentium dabo. Ecce enim ex adventu iusti & veri prophete: vix dum anni septem sunt/in quibus ex omnibus gentibus conuenientes homines in iudeam/ & signis ac virtutibus que videbant/sed & doctrine maiestate permoti/vbi receperunt fidem eius/abeuntes in regiones suas/ illicitos quosq; gentilium ritus & incesta spreuere coniugia / deniq; apud Parthos (sicut nobis Tomas qui apud illos euangelium predicit/scrivit) nō multi iam erga plurima matrimonia diffunduntur / nec multi apud Medos canibus obsecrūt mortuos suos/neq; Perse matrum coniugiis aut filiarum incestis matrimonii delectantur/nec mulieres Suse licita ducunt/adulteria . nec potuit ad criminā Genesim compellere: quos religionis doctrina prohibebat. ecce ex hoc ipso coniice/& de iis in quibus sumus locis conjecturam cape: quomodo fama tātum proferente ad aures hominū/q; propheta in iudea apparuit/ qui signis & virtutibus doceret homines vnu colere deū: omnes paratis intentisq; animis expectabant/ etiā ante aduentū domini mei Petri/ut illis aliquis/ea que docuisset ille qui apparuit nūciaret. Sed ne

Iudei;

q; vnu nomēt:  
q; appelliētur  
Iudei,Parthi/  
Tomas,

multa videantur enumerare: dicam quo debeat cuncta concludi. Cum deus iustus sit/ & ipse fecerit hominū naturam: quomodo poterat fieri/ vt ipse poneret. Genesis contrariam nobis/ que nos cogeret ad peccatum/ & rursus vltisceretur ipse peccantes: vnde certum est q̄ nō aliam ob causam deus situe in presenti/ situe in futuro seculo peccatorem punit: nisi quia scit eum potuisse vincere/ sed neglexisse victoriā. infert enim & in presenti seculo vindictam in homines: sicut in eos fecit qui diluvio perierunt. qui vtiq; omnes vna die imo vna hora extinti sunt: cum certum sit non eos secundum Genesis ordinem vna hora natos. Absurdissimū autem est dicere/ quia ex natura nobis accidit pati malum: si non prius peccata precesserint. & ideo si salutis curam gerimus: ante omnia scientie debemus operam dare. certi q̄ si mēs nostra in ignorātia perseveret: nō solum Genesis mala/ sed & alia extrinsecus que etiā demonibus visa fuerint/ preferemus/ nisi metus legum & futuri iudicii obsistat omnibus desideriis/ & impetum peccandi refrenet. Nam & humanus timor multa bona/ multa etiam mala agit: que Genesis nescit/ sicut supra ostendimus. Tripli ci igitur modo mens nostra erroribus subiacet: ex iis que per malam consuetudinē veniūt/ vel ex iis (que corpus naturaliter suggerit) desideriis/ vel ex iis que contrarie potestates purgēt. Sed his singulis oblistere & repugnare habet in natura sua mēs: cum ei effulserit veritatis agnitiō. per quam sciētia/ & futuri iudicij datur timor/ qui sit idoneus anime gubernator/ & qui eam possit a concupiscentiarum precipitiis reuocare. quia ergo sint hec in nostra potestate: sufficienter dictum est. Nunc & tu se nes si quid habes quod ad hec respondeas: incipe. ¶ Senex ad hec. Plenissime ait ostendisti: sed ego (sicut dixi ex initio) omni huic incōparabili assertioni tue/ a propria conscientia prohibeōt accōmodare consensum. Noui enim & meam Genesis/ & coniugis mee: & scio ea que vnicuiq; nostrū dicitabat Genesis/ accidisse. vt ab iis que rebus & operibus comperta sunt michi: nunc verbis transferri non possum. deniq; quoniam te apprime imbutum video in huiuscemodi disciplinis: audi coniugis mee therma/ & inuenies schema cuius exitus accidit. habuit enim Martem cum Venere super centrum: Lunam vero in domo Martis in occasu/ & finibus Saturni. quod schema adulteros facit/ & seruos proprios amare in peregrinatione & in aquis defungi. quod & ita factum est. incidit namq; in amorem serui: & periculum simul atq; obprobrium metuēs/ fugit cum ipso & peregre profecta/ vt amoris suo satisfecit/ perit in mari.

Senex

## Caput. VIII.

Clemens.  
Senex

e T ego respondi. vnde scis quia peregre seruo sociata est? ¶ Et senex. Certo tissime (inquit) scio/ nō reuera/ quia nupserit seruo/ quippe qui ne hoc quidem q̄ eum amaret agnoueram. sed postq; profecta est: frater michi enarrauit dices q̄ prius quidem ipsum adamasset/ sed ille quia erat honestus vt pote frater/ noluit thorum fratris/ incesti macula polluere. sed & illa & me verens/ & obprobriū non ferens infelix (neq; enim imputandum ei est: quod eā Genesis facere cōpulit) finxit somniū/ & ait ad me. Astitit michi quidā per visum: qui iussit me cū duobus geminis meis sine mora ex vrbe profici. hec ego cū audissem/ pro salute eius filiorūq; sollicitus: cōfestim ipsam & liberos exire feci/ vñū qui erat minor michi retinui. hoc enim eum qui responsa in somnis dederat: permisisse dicebat. ¶ Tum ego Cle mens intelligēs/ quod ipse fortassis esset pater meus lachrimis oppletus sum: fratres

Clemens

quoq; meos volentes proslire & aperire rem/ prohibuit Petrus dicens. Quiescite PETRVS  
 quoadusq; michi placuerit. Respondens ergo Petrus ait ad senem. Quod nomen Senex  
 erat iuniori filio. At ille. Clemens ait. Et Petrus. Si tibi (inquit) hodie coniug  
 gem tuam castissimam consignauero cum tribus filiis tuis: credis quia possit pudica  
 ea mens/mot<sup>9</sup> irrationabiles superare/& q; omnia que a nobis dicta sunt vera sint/  
 & Genesis nichil sit. Et senex. Sicut impossibile est (inquit) te exhibere quod pro  
 misisti: ita impossibile est extra Genesim fieri aliquid. Tu Petrus. Testes (inquit)  
 habere volo omnes hos qui presentes sunt: me tibi hodie coniugem tuam cum tri  
 bus liberis tuis viventem pudicissime / traditurum. Et iam nunc accipe fidem rea  
 sum. ex eo quod omnem causam multo diligentius scio q; tu: cuncta que tibi per  
 ordinem gesta sunt/ enarrabo. vt & tu cognoscas: & qui presentes sunt discant.  
 Et cū hec dixisset: cōuersus ad turbas/ita cepit. Hic quē videtis in hac veste pauper  
 tissima: romane vrbis est ciuis/ex gente ipsius Cesarii descendens: non enim est ei Faustinus/  
 vxore quoq; nobilissimā Matidiā nomine sortitus est. ex qua tres filios suscepit:  
 quorū duo gemini/ unus autē qui erat minor: cui nomen est Clemens hic  
 est. Et cū hec dixisset digito me ostēdit. gemini autē filii eius: isti Niceta & Aquila/  
 quorū aliis Faustinus vocabatur prius/ & ali⁹ Faustus. Simul autē vt nomina  
 nostra enūciavuit Petrus: senex resolutis mēbris omnibus/quasi interceptus cōcidit.  
 Nos autē filii irruētes super eū cōpletebamur & osculabamur: verētes simul ne spī  
 ritū reuocare nō posset. Et cū hec fierēt: populus quidē est admiratione obstupefa  
 etus. Petrus autē surgere nos a cōplexibus parris: ne eum necaremus/iubet. & ipse  
 apprehensa manu eius quasi de somno quodā profundo exuscitans eum/ & paus  
 lulum recreans: omnia que gesta fuerant/ secūdum veritatēm cepit expōnere. quo  
 modo frater eius in amorem iaciderit Matidie: & illa cum esset pudicissima/illicitū  
 fratris amorem vīro indicare noluerit/ne vel bellū fratribus/vel obprobrium gene  
 ri indicaret/ sed sapienter somniū finixerit quo ex vrbe iuberetur excedere cum gemi  
 nis filiis/minore apud patrem relicto: vtq; nauigantes naufragium vi tempestatis  
 incurrerint: & ad insulam antharadum nomine expulsi/ Matidia quidē supra saxū  
 quoddam fluctū faciāte projecta sit/ gemini autem liberi rapti a pyratis/& Cesareā  
 perducti/ religiose cuidam feminē venūdati sīnt/ que eos in filiorū loco habēs libe  
 ratiter educauerit atq; erudit fecerit. vtq; eorum nomina pyrate immutauerint: &  
 Nicetam alium/ alium Aquilam vocauerint. vtq; post hec studiorum & consue  
 tudinis causa Simoni adheserint: atq; ab eo vbi magū & deceptore viderunt quer  
 si/ accesserint ad Vacheum/& vt post hec sīnt ei sociati. sed & Clemens quomodo  
 ex vrbe/ agnoscende veritatis causa profectus: per Barnabe notitiam/Cesaream ve  
 nerit/ ipsiq; innoruerit ac adheserit/ vtq; ab eo sit de fide religionis edoctus. Sed &  
 qualiter apud antharadum mendicantem repererit & agnoverit matrē: vtq; om  
 nis illa insula in eius cognitione gauisa sit / & de pudicissime hospite contubernio/  
 atq; eius per semetipsum collatalitate/& de liberalitate Clementis in eos/ qui era  
 ga matrem benefici extiterant. vtq; post hec Niceta & Aquila requirentes/ quenā  
 esset peregrina mulier: cum audissent a Clemente omne negocium/ se esse geminos  
 filios exclamauerint Faustinum & Faustum/ omnemq; historiam que eos egerit/  
 patefecerint. vtq; post hec matri/cautius: ne subito gaudio interciperetur (ipso ins  
 sinuante Petro) oblatis sīnt.

Caput.X.

**RUSTEG** **M**Ed cum hec in auditu senis/narratione gratissima turbis exponeret Petrus/  
**SVRUS** **M**ita vt audientes gestorum miraculis & humanitatis miseratione lachrima-  
**SVRUS** **M**rent: nescio vnde audiens mater de recognitione patris/cursu concito irruit in me-  
**SVRUS** **M**dium nostri/cum clamore dicens. vbi est meus vir/ meus dominus Faustinianus:  
**SVRUS** **M**qui tam multis temporibus affligitur ambulans/per vrbes singulas & me que rens.  
**SVRUS** **M**hec cum illa quasi amens clamaret & circu inspiceret: senex accurrens/cum multis la-  
**SVRUS** **M**chrimis amplecti & constringere eam cepit. Et cum hec ita agerentur: Petrus roga-  
**PETRVS** **M**uit turbas vt discederent/dicens inuerecundum esse vltra persistere/sed dandum eis  
**M**locum familiarius inuicem se videndi . Crastino autem hic(inquit) si qui vestrum vo-  
**M**lunt: conueniant ad audiendum verbum. his a Petro dictis recesserunt turbe. Et cu-  
**M**vellemus nos quoq; ire ad hospitiū: dominus dominus ait ad nos. Turpe est & im-  
**M**pium/tales ac tantos viros manere in stabulo: cum ego omnem pene domū vacā-  
**M**tem habeam/lectosq; stratos q; plurimos/& que necessaria sunt parata . Sed Petro  
**M**contradicente: vxor patris familiās vna cum liberis suis/prostrabat se ante eum/&  
**M**orabat dices. Obsecro te/manete apud nos. Sed ne sic quidem acquiescebat Petrus:  
**M**donec filia eorum qui rogabant/ab immundo spiritu temporibus multis vexata/  
**M**cathenis vincita que fuerat intra conclauim clausa (effugato a se demone: & hostiis  
**M**patefactis) cum cathenis suis veniens procidit ad pedes Petri dices. Rectum est do-  
**M**mne vt agas hodie hic salutaria mea: & non cōtristes necq; me/neq; parētes meos.  
**M**Petro autem requirente cathenarum/sermoniq; eius causam: parētes preter spem  
**M**leti effecti de filie sanitate/& velut stupore quodam attoniti/ipli quidem dicere ne-  
**M**queunt. Astantes autem famuli aiunt hanc a septimo etatis anno demone occupa-  
**M**tam: omnes qui accedere tentassent ad eam scindere/laniare/morsibus etiā distrin-  
**M**pere/& hoc per viginti annos visq; ad presens facere/nūq; destitisse. Nec ab aliquo  
**M**potuit curari: sed ne accedere quidem quisquam ad eam audebat. multos enim iniui-  
**M**les reddidit: alios etiam peremit. omnibus nāq; viris validior erat: sine dubio viris  
**M**buis demonis vsa. Nunc autem vt vides: ex presentia tui/demon quidē fugit/ostia  
**M**vero que summo cum munimento clausa fuerant/aperta sunt/& ipsa sana stat aē-  
**M**te rogans vt diem salutarium suorum letum/& ipso & parētibus facias/& maneas  
**M**apud eos. Hec cum ita unus ex famulis enarrasset/& ipse etiam cathene de manib;  
**M**eius ac pedibus fuissent sponte resolute: Petrus cert<sup>q</sup> per ipsum/sanitati hec a do-  
**M**mino redditia sit puella/acquieuit manere apud eos. Sed & illos qui remanserant in  
**M**hospitio vna cum vxore Petri/iussit transire : & unusquisq; acceptis seorsum cubi-  
**M**culis mansimus. Atq; ex more cibo sumpto redditisq; laudibus deo; suis singuli re-  
**M**quievimus locis.

### **RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI** **NONI LIBRI**

**FINIS.**

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI  
LIBER DECIMVS.

Caput.I.

Anæ autem exorto ego Clemens & Niceta & Aquila vna cum Petre venimus ad locum: in quo pater simul cum matre requiescebat. Et cum adhuc eos dormientes repperissemus: pro foribus cōsedim⁹ / vbi Petrus talibus ad nos sermonibus vtitur. Audite dilectissimi conserui: scio quia grādem habetis affectum erga patrem vestrum. vereor ergo: ne áte tempus eum perurgeatis iugum religionis assumere/ nondum ad id paratum . ad quod forte: pro vestri gratia videatur acquiescere. Sed hoc non est firmum. quod enim propter homines sit/probable non est: & cito dillabitur. Ideoq; michi videtur: vt concedatis ei anno uno viuere pro arbitrio . in quo potest iter agens nobis scum: dum nos alios docemus/etiam ipse simpliciter audire. & audiens siquidem agnoscende veritatis rectū propositum gerit: ipse rogabit / vt suscipiat religionis iugum. Aut si non placet ei recipere: permaneat amicus . ii enim qui id non ex corde suscipiunt: cum ceperint ferre non posse/abiiciunt quod suscepereant . & quasi pro excusatione infirmitatis sue : incipiunt viam religionis blasphemare/ & male loqui de iis/quos nequaq; sequi aut imitari potuerint. ¶ Ad hec Niceta respondit. Non contradico domine mi Petre rectis & bonis consiliis tuis : sed dicere aliquid volo/ vt per hoc discam quod nescio. Quid si infra annum hunc/quo differri eum iubes: moriatur pater noster: descendet in infernum vacuus/& cruciandus. ¶ Tum Petr⁹. Amplexor (inquit) benignum erga patrem propositum tuum : & ignosco tibi de iis que ignoras. Quid enim censes: quia si quis putatur iuste vixisse/ ille cōtinuo salvabitur? Non putas discutiendum ab eo qui occulta hominū nouit: quomodo iuste vixerit? ne forte rite gentilium/ institutis eorum & legib⁹ parés/ vel pro amici- tiis hominū/aut pro sola consuetudine/aut qualibet alia ex causa vel necessitate/ & non propter ipsam iusticiam/ neq; propter deum? Qui enim propter deum solum & iusticiam eius iuste vixerint : ipsi ad eternam requiem venient/ & perpetuitatem regni celestis accipient. salus etenim nō vi acquiritur/sed libertate: nec per hominū gratiam/ sed per dei fidem. Tum preterea cogitare debes: quia deus precius est/ & nouit si hic suus est. Q; si nouit eum non esse: quid faciemus ad ea que ex initio cōstituta suut ab eo? In quo autem possum consilium do. cū euigilauerit & sederim⁹: vos quasi aliquid discere volētes/ proponite ex iis dumtaxat/ que illi expedit disce- re. & dum nos loquemur inter nos: ille instruetur aliquid interrogare . Quod si fe- cerit: aptior erit sermonis occasio. Si vero nichil querit: nos ab alterutro discere vo- lētes/ rogemus vicissim. Michi ita videtur: & iam vobis quid placeat dicite. ¶ Cū q; collaudasssemus eius rectum consilium: ego Clemens aio. In omnibus rebus plu- rima ex parte: ad initium respicit finis/similisq; principiis rerum exitus datur. spero ergo etiam circa patrem nostrum: quoniam per te/deus bona initia dedit/ illis cō- gruū/secq; dignū largietur & finē. verūtamē etiā illud suggero (sicut dixisti) cū cepe- rimus presente patre quasi inter nos aliqd tractādi vel discēdi gratia log: tu mi dñe Petre non debes eū locū agere/quasi q; discere aliqd debeas . hoc enī si videat: for- tas magis offendetur. certus est enī te omnia scire diligēter: sicut & vere est. quale ergo erit: si te videat ignoratiā simulatē: hoc enī (vt dixi) magis ledere possit/nescis

Clemens

PETRVS

Niceta

PETRVS

Clemens

Liber

PETRVS

entem consiliū tuū. Sed nos quidem fratres inter nos habentes: si in aliquo dubitamus/a te questioni nostre/finis congruus detur. nam si & te cunctā em videat/aut dubitantem: tunc vere putabis/q̄ apud nullum erit scientia veritatis. ¶ Et Petrus ad hec respondit. Omittamus hec. & si quidem dignū est vt ingrediatur ianuā vite: deus occasionem competentem dabit/erit q̄ initium ex deo/& non ex homine . & ideo sicut predixi: permitte eum iter agere nobiscum/ & audire nos alii disputantes. Sed quoniam vos festinantes vidi: iccirco dixi oportunitatem querēdam. quā cum dederit deus: vos quoq; ad ea que dixerō/obtemperate mīchi.

Caput. II.

PETRVS

Senex  
Prophanorū  
argumenta.

Id de Socrate  
dicit & Pla-  
tone

Clemens

h Ec nobis sermocinantibus: venit puer dicens/vigilare iam patrem. Et cum vellemus ingredi ad eum: ipse venit ad nos. & osculo nos salutans: cū rese dissemus ait. Licet ne percūctari/si quid volet quis: an secundū Pythagoricos/ tacē dū semper est: ¶ Et Petrus. Nos neq; silere semper/neq; percūctari cogimus accēdentes ad nos: sed relinquimus ipsorum libertati facere vt volūt. sc̄tēs quod qui curā gerit salutis sue : si in parte aliqua sentit anime sue dolorem/racere nō patitur. qui vero negligit salutē suā: si interrogare cogitur/nichil ex hoc utilitati eius cōferetur/nisi hoc solū/ut studiosus esse videāf. Quāobrē/ tu si quid discere vis: require. ¶ Et senex ait. Est quidā sermo apud grecorū philosophos vehemens valde: qui dicit/in vita hominū/re ipsa neq; bonū esse aliquid neq; malū. sed que vidētur hominibus: v̄su & consuetudine presenti/ hec aut mala dicūt aut bona. nam neq; homicidiū reuera malum est: quia animā vinculis carnis absoluit . deniq; autū: & iusti quiq; iudices/peccantes perimūt. q̄ si homicidiū scirent malū esse: non itaq; id iusti hominēs facerēt. Neq; adulteriū malū esse dicunt . si enim ignoret vir aut nō curet: nichil(autū) malī est. Sed neq; furtum malū esse. quod enim deest alicui: auferet ab alio qui habet. quod quidem oportebat libere sumi & publice. sed quia occulēt: in hoc magis illius a quo clam auferē/ inhumanitas redarguitur. cōmunis enī v̄lus omniū que sunt in hoc mūndo : omnibus esse hominib; debuit . sed per iniquitatē altius hoc suū dicit esse/ & ali⁹ illud: & sic inter mortales facta diuisio est. Deniq; grecorū quidā sapiētissimus hec ita sciens esse/ait: cōmunia debere esse/eorū omnia. In omnib⁹ autē sunt sine dubio: & cōiuges. Et sicut nō potest(inquit) diuidi aer/neq; splēdor solis: ita nec reliqua omnia/que cōmuniter in hoc mūndo omnib⁹ data sunt ad habēdū/diuidi debet/sed habēda esse cōmunia . hec autē dicere volui: quādo- quidē cupio me inclinare ad bene agēdū/ & nō possum bene agere/nisi prius didi- cerī quid sit bonū. Quod si intelligere potuero: ex ipso etiā quid sit malū (hoc est/ huic contrariū)aduertā. Verum ad hec que dixi: vñ e vobis respōdere volo/non Petrum. Non enim dignū est ab illo verba & doctrinā cū questionibus capere: sed ille si quid pronunciauerit/hoc absq; vlla retractatione teneatur. Et ideo ipse nobis seruetur quasi arbiter: ut sicubi disputatio nostra exitum non inuenierit/ipse quid si bi v̄sum fuerit pronuncians/indubitatū finem rebus dubiis imponat. Et nunc ego possum sola eius sententia contentus credere : si quid ei videretur. quod & ad vlti- mū faciā. volo tamen prius videre: si est possibile/disputando/inueniri quod que- ritur . placet ergo ut Clemens primus incipiat: & ostēdat/si est aliquid in substāria & actib; bonum vel malum.

Cap. III.

a D hec ego Clemēs respōdi. Quoniā qđē a me vis discere/si est aliquid natura aut actu bonū vel malū/an poti⁹ v̄su p̄senti hominib⁹ bona qđā/& alia vi-

dentur mala/ob idipsum q̄ divisionem inter se rerū fecere cōmuniū/ que deberent  
 (vt aīs) ita esse cōmunia/vt aer et splendor solis : puto q̄ non debeam tibi aliunde  
 assertiones adhibere/nisi ex iīs disciplinis/ qbus ipse vteris/& quas ipse confīmas/  
 vt indubitate tibi sint que dicuntur . Omniū elementorum & stellarum certos po-  
 nitis fines. quasq̄ stellas dicitis in quibusdam absq̄ noxa coire/līcet in coniugis: in  
 aliis vero noxie misceri sicut in adulteriis.& dicitis quedam generalia esse omnium;  
 quedam vero nō omniū/neq̄ generalia . sed ne prolixa fīat disputatio: breuiter &  
 de re dicam. terra que arida est: coniugio īdīget & ammixtione aque/vt possit ge-  
 nerare fructus/sine quibus vita hominibus non est.est ergo hec legitima coniunctio.  
 contra/si aut pruīne frīgus misceatur terre/ aut calor aquis : huiusmodi coniunctio  
 corruptelā facit/& hoc in talibus adulterium est. ¶ Et pater respōdit. sed sicut ele-  
 mentorum vel stellarum īconsone coniunctionis/statim proditur noxa: ita debe-  
 ret & adulterium statim ostendi quia malum est. ¶ Et ego Clemens aio. Hoc pri-  
 mo michi confirma. si vt etiam ipse confessus es: ex incongrua & īconsona āmix-  
 tione efficiuntur mala/& istud in consequentibus requiretur. ¶ Et pater ait. vt se  
 habet rei natura: tu aīs fili. ¶ Tum ego Clemens respondi. Quia ergo discere cupis  
 de his: vide quanta sint que mala esse apud neminem dubitantur. non tibi viderur  
 malum esse febris/īncēdiū/sedītio/ruina/cedes/vīcula/supplicia/dolores/luct⁹/  
 & his similia: ¶ Et pater. Verū est (inquit) fili hec mala esse/& valde mala: aut cer-  
 te qui negat hec mala esse/patiatur ea. ¶ Et ego Clemens respondi. Quia ergo cū  
 eo michi sermo est: qui ī astrologie disciplina eruditus est: secūdū ipsam tecū agā.  
 vt de iīs que tibi in vīsu sunt accipiēs rationem: citius acquiescas. Audi nūc ergo. cō-  
 fessus es mala esse ea que supradiximus: id est febres/īncēdia/& his similia. hec secū-  
 dū vos a maliciois stellaris fieri dicūt: id ē ab humido saturno & calido marte. horū  
 vero cōtraria a benignis fieri stellaris: id est a tēperato Ioue & humida venere. an nō  
 ita est? ¶ Et pater respondit. Ita est fili: nec aliter fieri potest. ¶ Tū ego Clemens.  
 Quia ergo a bonis stellaris Ioue dico & Venere/bona fieri dicitis: videam⁹ vnaqueq̄  
 malarū stellarū cū āmixta fuerit bonis/quid est quod efficit:& illud esse intelligam⁹  
 malum. etenim nuptias facere/Venerē ponitis: que si Iōnē habeat ī schemate suo/  
 pudicas efficiat . Ioue autem non respicēte si affuerit Mars/corrupti nuptias per  
 adulterium pronunciatis. ¶ Et pater. Ita se (inquit) habet. ¶ Et ego Clemēs respō-  
 di. Ergo malum est adulterium: quādoquidem ex malarum stellarū admixtione cō-  
 mittitur. & vt compendiosius explicemus: omnia que dicitis ex malarū āmixtione  
 stellarum bonas perpeti stellas/mala esse sine dubio pronuncianda sunt. iste ergo  
 stelle quarum ammixtione dicitis febres/īncēdia/& his similia effici mala: ipse les-  
 cundum vos homicīdia/adulteria/& fūta operantur. propter vos/etiam & stoli-  
 dos: ipse efficiunt.

Cap.III.

e T pater vere (inquit) breuiter & incomparabiliter ostendisti: quia sint mala  
 in actibus. sed hoc adhuc velim discere: quomodo iuste iudicat eos deus q̄  
 peccant/sicut vos dicitis/si peccare eos necessitas Genesis cogit. ¶ Tū ego Clemēs  
 respondi. Vereor dicere tibi aliquid pater: quia in omni te honore haberī a me de-  
 cer. alioqui erat quod possem dicere: si deceret. ¶ Et pater ait. dic quod tibi occur-  
 rit fili: etiam si iniuriosum videtur. nō enim tu: sed questionis ratio iniuriā facit. si-  
 cur pudica mulier: intēperāti viro si pro salute indignetur/& honestate. ¶ Et ego  
 Clemēs respōdi. Si prima queq̄ cōfirmata inter nos & cōfessa/nō bene retineam⁹/

Faustiniānus,

Clemens

Faustiniānus,

Clemens

Faustiniānus,  
Clemens.Priscorū astro-  
logia pone-  
bat saturnū  
humidū: quē  
recētores al-  
serūt siccum.Faustiniānus,  
Clemens,Faustiniānus,  
Clemens,

Faustiniānus,

Clemens

Faustiniānus,  
Clemens,

Liber

sed semper que definita sunt resolvantur per obliuionem: videbimus telam texere Penelopes/ea que texuimus resoluētes. & ideo debemus nō facile acquiescere: priusq̄ diligenter examinetur sermo propositus. aut si iam acquieciimus & confirmata sententia est: seruare semper quod semel definitū est/ut possim⁹ & de aliis querere.

Faustinianus.

Clemens

Faustinianus.

Clemens

¶ Et pater ait. bene dicas fili: & scio quam ob causam dicas. quia hesterno de naturalibus disputans causis: ostendisti quia virtus quedam maligna transformans se in ordinem stellarum/humanas concupiscentias exagitat/ diuersis modis prouocans ad peccādum/non tamen cogens aut efficiens peccatum. ¶ Cui ego Clemens respōdi. bene/qā meministi: & cum memineris errasti. ¶ Et pater. ignosce(inquit) fili. nō dum enim vsum multū in his habeo. nā & hesterni sermones tui/veritate ipsa concluserūt me/ut tibi acquiescerē.in conscientia tamen mea: sunt quasi quedā reliquie febrītque paululū me a fide quasi a sanitate retrahūt. discretior enim: qā scio multa michi imo pene omnia accidisse/secundum Genesim. ¶ Et ego Clemens respōdi. audi ergo pater/que sit mathesis natura : & facito secūdū ea que tibi dico . vade ad mathematicū & dic ei primo : quia talia quedam michi acciderūt mala in illo tempore. vnde ergo/aut quomodo/aut per quas michi acciderint stellas: discere volo. respondebit tibi sine dubio: quia tēpora tua maliciousus suscepit mars aut saturnus/ aut aliquis eorū apocalastic⁹ fuit/aut aliquis annū tuū aspexit ex diametro/aut coniunctus/aut in centro vel alia his similia respondebit/ addens quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cū malis aut inuisibilis / aut schemate/ aut extra heresim/ aut deficiens/aut non cōtingens/aut in obscuris stellis/aut multa alia his similia secundū rationes proprias respondebit/& de singulis assignabit. post hūc aliū adito mathematicum: & dicio contraria. quia illud michi boni cōtingit in illo tempore. tempus autem hoc idē dico: & require ex quib⁹ partibus Genesim hoc tibi euenerit boni/& tempora(vt dixi)eadē que de malis interrogaueras custodito. cunq̄ tu sefelleris de temporibus: vide quāta tibi inueniet schemata/per que ostendat quod tibi in illis ipsis temporibus euenerint bona . impossibile est enim hominū Genesim tradiātibus: non in omni quā dicitū regione stellarū/semper inueniri quādam bene positas stellas/& quādā male. circulus enim est equaliter ex omni parte collectus: secūdum mathesim diuersas & varias accipiens causas/ex quibus occasio nem capiant discendi quod volūt . sicut enim fieri solet / vbi somnia aliqua viderint homines/& nichil certi intelligent: cum aliquis occurrerit exitus rerum/ tunc ad ea que acciderint aptāt etiam somnū visum. Ita est mathesis . anteq̄ aliquid fiat: certi nichil pronūciatur . Postea veroq̄ aliquid acciderit: rei iam geste colligunt causas. deniq̄ frequenter cū errauerint/& aliter res acciderit: semetiplos increpat dicentes/ quia illa fuit stella que impediit/que occurrit/& non vidimus. Ignorātes quia error eorum: nō ex artis imperitia/sed & ex totius cause cōuenientia descendit . Ignorāt enim que sunt que facere quidem concupiscamus : non tamen indulgeamus concupisciētis. nos autem qui mysterii huius nouimus rationem: scimus & causam. quia libertatem habentes arbitrii: interdum concupiscentiis obsistimus/interdum cedimus. & ideo humanorum gestorum incertus est exitus: quia in libertate pendet arbitrii. nam concupiscentiā quidem quam inoperatur maligna virtus: potest indicari mathematico. sed si concupiscentiarum actus vel exitus impleri possit necne/ qā in arbitrii libertate est:sciri ante effectū rei/a nullo potest. & hoc est quod ignorantes astrologi/ inuenierūt sibi climaterias/ut dicerēt/ rei scilicet incerte perfugia/sicu-

hesterno plenissime ostendimus. Ad hec si quid tibi dicendum videtur/dicito. Et pater. nichil verius (inquit) fili iis/ que prosecutus es.

Cap. V.

Faustinianus.

Vm̄q; hec loqueremur inter nos: nūc auit quidam plurimū stare foris populum/qui audiēdi gratia conuenerāt. & Petrus iussit: eis ingrediendi copiam dari. erat enim locus oportunus & amplus. cūq; ingressi fuissent: ait ad nos Petrus. Si quis vestrū vult: faciat ad populū sermonem/& de idololatria differat.

Cui ego Clemens respondi. Multa benignitas tua/& erga omnes lenitas/ac patientia indulget nobis/ut audeamus loqui te coram/ & interrogare que volumus: & ideo(vt dixi) morum tuorū mansuetudo inuitat omnes & adhortatur/salutaris doctrīne precepta suscipere. hoc ego vsq; ad presens apud nullū alii vidi/nisi apud te solū: apud quem neq; inuidia vlla est/neq; indignatio.

Et Petrus. non solum hec ex inuidia aut indignatione veniūt: sed interdū inest plerisq; aliquid verecūdie/ ne forte de iis que proponūtur plene respōdere non possint/ & refugiūt imperitie notā. sed debet propterea quis verecundiam pati: quia nec est aliquid hominū qui profiteri debeat: se omnia scire. vnum enim est/qui scit omnia: ipse qui & fecit omnia. si enim magister noster finē mūdi/cui<sup>9</sup> etiam signa predixit/nescire se professus est/ut totū reuocaret ad patrē: quomodo nos turpe ducemus si aliqua nos ignorare fateamur/cum magistrī nostri in hoc habeamus exemplū: hoc tamen vnu profitemur:ea nos scire/que a vero propheta dīdicimus. ea autem a vero propheta nobis esse tradita: que sufficere humane scientie iudicauit.

Tum ego Clemens dice: ita cepi. Apud Tripolin/cum cōtra gētiles disputares domine mi Petre: valde mī ratus sum te/ qui a patribus hebreo ritu & obseruatiis proprię legi imbutus/greco eruditioñis studiis in nullo inquinatus es/ quomodo tā magnifice & tā incomparabiliter prosecutus sis. Ita vt etiam quedā de historiis deorū/que in theatris decantari solēt: cōtingeres. verū quoniā sensi tibi ipsas fabulas & blasphemias eorū min⁹ esse notas: de hisipſis si placet/in auditu tuo aliqua repetēs/eb ipsa origine differā.

Et Petrus. dic(inquit)benefacis iuuare predicationem nostram. Tū ego Clemens. dicam igitur quia iubes: non vt docens/sed q; stultas de diis suis opiniones habeant gentiles/in medium proferens. Cūq; vellem dicere: Niceta labrum mordicus stringens/innuebat mīchi/ut tacerem. quē cum vidiſſet Petrus: ait. Cur ingeniu liberale/& generosam ledere vīs naturam/ ut honore mei qui nullus est / tacere eu velis: An nescis quia si omnes gētes postq; audierint a me predicationē veritatis/& crediderint: velint se ad docēdum cōferre/mīchi maiorem paritū gloriam / si quidē glorie me cupidū putas: quid enim tā glorioſum q; Christo discipulos preparasse: nō q; taceat & soli salui fīat/sed q; loquātur(que didicerint)aliis/ut salui fiant. vtiā quidē & tu Niceta/sed & tu dulcissime Aquila/iuuaretis me ad predicādum verbū dei: eo magis quo ea in quibus errant gentiles/bene vobis comperta sunt. & non solū vos/sed & omnes qui audiūt me: opto (vt dixi)ita audire & ita discere/ut docere possint. multis nāq; adiutoribus indiget mūdus: quibus homines ab errore reuocentur. Cūq; hec dixisset: ait ad me. tu ergo Clemens exsequere que cepisti.

Cap. VI.

T ego continuo subiūxi. Quoniā (vt dixi) apud Tripolin disputans/multa de diis gentiū utiliter & necessario differuisti: cupio de origine eorū/ridicula te coram exponere/ut neq; te lateat vane superstitionis cōmentū/& auditores q; assistunt/erroris sui probra cognoscant. Aiunt ergo qui sapientiores sunt inter gē-

PETRVS  
Clemens.

PETRVS

Clemens.

In nullo inq-  
nat⁹. quia gre-  
cā intelligen-  
tiā nō studio  
sed spiritu lan-  
cto acceperat  
PETRVS  
Clemens.

PETRVS

Clemens

Chaos  
 De his orpheo  
 marginautico & hesiodo  
 in theogonia  
 Masculofemina  
 Phanes  
 Celum  
 Terra  
 Titanes  
 Titanides  
 Oceanus  
 Ceus  
 Tyus.  
 Hyperion,  
 Iapetus  
 Cronus  
 Thya  
 Rhea.  
 Themis  
 Mnemosyne.  
 Tethys.  
 Hebe.  
 Ais qui & in-  
 fern & dis &  
 orcus  
 Neptunus  
 Iupiter  
 Corybantes

tiles: primo omniū chaos fuisse. hoc per multum tempus exteiores sui solidas par-  
 tes/finem sibi & fundum quedam fecisse/tanq in oui immanis modum formamq  
 collectum. Intra quod multo nichilominus tempore/quasi intra oui testam:fotum  
 vivificatuc esse animal quoddam. disruptoq post hec immanis illo globo:proces-  
 sisse speciem quandam hominis/duplicis forme. quam illi masculofeminam vocat.  
 hunc etiam phanera nominarunt ab apparendo. quia cum apparuisset (inquit) tunc  
 etiam lux effulsit . ex hoc dicunt progenitam esse substantiam/ prudentiam/motu/ac  
 coitum. ex his: factum celum & terram.& ex celo/sex progenitos mares: quos & tita-  
 nas appellant. similiter & de terra sex feminas: quas titanidas vocarunt. & sunt no-  
 mina eorum quidem qui ex celo orti sunt/hec: oceanus/ceus/tyus/hyperion/iapet-  
 us/cronus qui apud nos saturnus nominatur. similiter & earum que de terra orte-  
 sunt/nomina sunt hec : thya/rhea/themis/mnemosyne/tethys/hebe . ex his omnibus/is qui primus fuerat e celo natus: primam terre filiam accepit vxorem/secundus  
 secundam/ceteri similiter per ordinem. Primus ergo qui primam duxerat: propter  
 eam deductus est deorum. secunda vero propter eum cui nupserat: ascedit sursum.  
 & ita singuli per ordinem facientes: manserunt in iis / qui eis nuptiali sorte/obuenient  
 locis. ex istorum coniunctionibus: alios quoq innumeros asserunt progenitos.  
 Sed de illis sex maribus unus qui dicitur saturnus : in coniugium acceperat rheam.  
 & cum respuso quodam commonitus esset/q qui ex ea nasceretur/fortior ipso fu-  
 turus esset/regnoq eum depelleret: omnes (qui ei nascerentur) filios deuorare insti-  
 tuti. huic ergo primus nascitur filius/ quem Aидem appellavit/ qui apud nos orcus  
 nominatur. quem pro causa quam supra diximus: assumptum deuorat pater. post  
 huc: secundum genuit/ quem neptunus dicit/ quem simili modo deuorauit. nouissi-  
 mun genuit eum/ quem Iouem appellant: sed huc/mater miserans rhea/per artem de-  
 uoratori substrahit patri . & primo quidem ne vagitus pueri innotesceret: coryban-  
 tas quosdam/cymbala facit ac tympana percutere/ ut (obstrepente sonitu) vagitus  
 non exaudiretur infantis . sed cum ex veteri immunitatione intellexisset pater editum  
 partum: expetebat ad deuorandum. tunc rhea lapidem ei offerens magnum/hunc  
 inquit genui. At ille ipsum lapidem absorbiuit: ac lapis deuoratus/eos quos primos  
 absorberat filios/trusit & coagit exire. primus ergo procedens descendit orcus:&  
 inferiora/hoc est inferna occupat loca. secundus ut pote illo superior/super aquas  
 retruditur/is quem neptunus vocant. tertius qui arte matris rhee superfuicit: ab ipsa/  
 capre superpositus/in celum emissus est. Haec tenus anilis gentilium fabula/& gene-  
 alogia processerit. sine fine enim est: si velim omnes generationes eorum: quos deos  
 appellant/& impia gesta proferre. ¶ Sed exempli gratia omissis ceteris: unius que  
 maximum & precipuum habent/ queq Iouem nominant/ flagitiosa gesta replica-  
 bo. hunc enim celum dicunt tenere/ tanq ceteris meliorem: qui statim ut adoleuit  
 sororem propriam(quam Iunonem dicunt)duxit vxorem. in quo utique: statim fit  
 similis pecudi. Iuno Vulcanum parit: sed ut traditur/non ex Ioue concepsum. ex ipso  
 autem Ioue Medeam genuit: quam (responso accepto: q qui ex ea nasceretur for-  
 tior ipso esset/& regno eum depelleret) assumens/etiam ipse deuorat. & rusum ge-  
 nuit de cerebro quidem Mineruam/de femore vero Liberum. post hec/Thetidem  
 cum adamasset: aiunt Prometheus prenunciasse ei/q si concubuerit cum ea/fortior  
 qui ex ea nasceretur esset patre . & ob hoc veritus: Peleo cuiusdam dat eam in matru-  
 monio. dehinc Persephone/ que ei ex Cerere fuerat suscepta: miscetur. ex qua Dio-

nysiu<sup>s</sup> genuit: qui a titanis disceptus est. sed recordatus (inquit) ne forte pater suus  
 satu<sup>n</sup>/alium filium generaret/qui etiam se fortior nasceretur/ regnoq<sup>e</sup> depelleret:  
 pugnare aggreditur patrem/ vna cum fratribus eius vterinis . quibus repressis:  
 ultimum etiam patrem in vincula coniecit/ defectaque eius genitalia in mare pro-  
 cevit. sed crux qui defluxit ex vultu suscepit: fluctibus & frequenti collisione in  
 spumam versus/ procreauit eam quam dicunt aphroditen/ quacq<sup>e</sup> apud nos vene-  
 em appellant. ex huius concubitu/ que erat utiq<sup>s</sup> soror : hunc ipsum iouem ferunt  
 genuisse cyprian/ex qua ait & cupidinem natu<sup>m</sup>. hec quidē de incestis eius. Audi  
 iunc & de adulteriis . Europam oceani coniugē viciat : ex qua nascitur Dodone<sup>9</sup>.  
 Helenam pandionis: ex qua nascitur Museus . Eurymonen asopi : ex qua nascitur  
 Ogygius. Hermione oceani: ex qua charites/ Thalia/Euphrosyne/Aglaiā. The-  
 nin sororē suā: ex qua nascitur Hore/euromia/dice/Irene. Themisto inaci: ex qua  
 nascit Archas. Ideam Minois: ex qua nascit Asterion. Phenissam alphionis: ex qua  
 nascit Endymion. Io Inachi: ex qua nascit Epaphus. Hippodamiā & Istone danaī  
 filias: quarū vnā Hippodamiā Olenus/Istone vero Orchomen<sup>9</sup> siue Chryses ha-  
 buit. Carinean phenicis: ex qua nascit Crotomaris/que fuit sodalis Diane. Calisto ly-  
 ponis: ex qua nascitur Arcas. Libeēnumā: ex qua nascitur Belus. Latonā: ex qua  
 nascitur Apollo & Diana. Leanidam eurymedontis: ex qua nascitur Choron. Lisi  
 heā euueni: ex qua nascitur Helenus. Hippodamiā bellorophontis: ex qua nascit  
 Sarpedon. Megalyten macharei: ex qua nascitur Thebe & Locrus. Nioben Phoro-  
 nei: ex qua nascunt Argus & Pelasgus. Olympiadam Neoptolemi: ex qua nascitur  
 Alexander. Pirrhā Merimethei: ex qua nascitur Helmetheus. Protogeniā & Pan-  
 doram Deucalionis filias : ex quibus genuit Ethelium & Dorū & Melēnā & Pan-  
 dorū. Taicruciā Prothei: ex qua nascitur Nympheus. Salaminā Asopi: ex qua na-  
 scitur Saracon. Taygetā/ Electrā/ Maiam/ Plutidem Athlantis filias: ex quib<sup>9</sup> genuit  
 & Taygera quidē lacedemonē/ ex Electra Dardanū/ ex Maia Mercuriū/ ex Plutida  
 Cantalū. Pthyan Phoronei: ex qua genuit Acheum. Coīnan Aramni: ex qua genuit  
 Iaconē. Calceam Nymphā: ex qua nascitur Olympus. Charidam Nymphā: ex qua  
 nascitur Alchanus. Cloridam que fuit ampagi: ex qua nascitur Mopsus . Thoman  
 esbi: ex qua nascitur Polimedes. Hippodamiā Aniceti/ Chrysogeniā Penei: ex qua  
 nascitur Chryseus . sed & alia sunt plurima eius adulteria: ex quib<sup>9</sup> nec progeniem  
 suscepit/que enumerare satis longum est . verū ex iis omnibus quas enumerauim<sup>9</sup>:  
 ionnullas transformatus viciauit. deniq<sup>e</sup> Anthiopen Nythet versus in satyru<sup>m</sup> cor-  
 upit: ex qua nascitur Amphion & Zetus. Alcmenā mutatus in virū eius Amphio-  
 nionem: ex qua nascitur Hercules. Egīnam Asopi mutatus in Aquilā: ex qua na-  
 scitur Eacus . sed & Ganimeden Dardani: mutatus in aquilam stuprat. Mantheam  
 Phoci/ mutatus in vrsum: ex qua nascitur Arctos. Danen Acrisii/ mutat<sup>9</sup> in aurū:  
 & qua na- citur Perseus. Europen Phenicis/ mutat<sup>9</sup> in taurū: ex qua nascit Minos/  
 Rhadamā t<sup>9</sup>/Sarpedon. Eurimedusam Achelai/ mutatus in formicā : ex qua nascit  
 Myrmidon. Thalianam Nympham mutatus in vulturē: ex qua nascitur apud si-  
 liam Palisci. Mandam Geneani apud rhodū muta<sup>9</sup> in imbre. Cassiopiam muta-  
 tus in virū eius Phenicem: ex qua nascitur Anchinos. Ledā tesi mutat<sup>9</sup> in cygnū: ex  
 qua nascit Helena . & item eandem mutatus in stellam: ex qua nascitur Castor &  
 Pollux. Lamiam mutatus in epopem. Mnemosynem mutatus in pastorem: ex qua  
 nascuntur muse nouem. Nemelim mutatus in anserē. Semelen cadmi/ mutatus in

Nympheus  
 Salamina  
 Saracus  
 Taygeta.  
 Elektra  
 Maia  
 Plutida  
 Lacedemon  
 Dardanus  
 Mercurius  
 Pthya  
 Acheus  
 Coma.  
 Lacon  
 Calcea  
 Olympus  
 Charidia  
 Alchanus.  
 Cloryda.  
 Moplus  
 Thoma.  
 Polymedes.  
 Hippodamia  
 Chrysogonia  
 Otryseus.  
 Anthiope,  
 Amphion.  
 zetus.  
 Alcmena  
 Hercules.  
 Egina.  
 Eacus.  
 Ganimedes  
 Manthea  
 Arcto  
 Dane  
 Perseus,  
 Europa  
 Minos  
 Rhadamath  
 Sarpedon.  
 Eurimedusa  
 Myrmidon.  
 Thaliana  
 Phalisci  
 Aquila  
 Vrilius  
 Aurum  
 Taurus  
 Formica.  
 Vultur.  
 Manda  
 Cassiepia

ignem: ex qua nascitur Dionysius. ex filia autē sua cerere: genuit Persephonā / quā & ipsam corrupti mutatus in drachonem . sed & Europam patruī sui oceani / rem / & sororē eius Eurinomen adulterat: & patrem punit & Pluten Athlantis / sui adulterat filiam / ex qua natum sibi filium Tantalum damnat. ex Larissa etiā Orcomenii / genuit Titionem: quem & ipsum suppliciis perpetuis tradit. Diana nam Ilio-  
 nis filii sui diripiēs vxorem: ipsum peremnibus subiicit penis . & pene omnes quo-  
 ex adulteriis genuit filios: violente mortis conditione damnauit. quorum & sepul-  
 cra pene omnī manifesta sunt . ipsius deniq̄ parricide qui & patruos peremit / &  
 vxores eorum corrupti / sororibus stuprum intulit / multiformis magi sepulcrū euia-  
 dens est apud trentenses: qui tamen scientes & confitentes infanda eius / atq̄ incesta  
 opera / & in omnibus enarrantes / ipsi eum confiteri deū non erubescunt. vnde mi-  
 rum michi & valde mirū videtur: quomodo is qui super omnes mortales scelere &  
 flagiciis eminet: sanctum / & quod est super omne bonū / nomen acceperit / vt pater  
 deorū arq̄ hominū vocaretur . nisi forte ille qui malis hominū gaudet : eum quem  
 in scelerib⁹ eminere super ceteros vīdit / super ceteros ei honorem cōferre / infelices  
 animas suaserit. vt ad imitationem malorum: inuitaret vniuersos. sed & filiorū ei⁹ /  
 qui apud eos dii putātur: sepulchra singulis quibusq; in locis manifestissime demō-  
 stratur. Mercurii: apud hermopolim. Cyprie veneris: apud cyprū. Martis in thra-  
 cia. Liberi: apud thebas / vbi disceptus traditur. Herculis: apud tyrum / vbi igni cre-  
 matus est. in epidauro: Esculapii. quiq; omnes / non solū vt homines defuncti: sed  
 vt nequā homines puniti pro sceleribus / docentur. & tamen a stultis hominib⁹: vt  
 dii adorantur. Qz si argumentari volunt / & magis hec loca ortus eorū q̄ sepulture  
 vel mortis affirmant: ex vicinis & adhuc recentibus gestis / priora & vetera conuin-  
 centur / cū docuerimus adorari ab eis eos / quos etiā ipsi homines fuisse & defun-  
 ctos / vel etiā punitos esse profitentur. verbī gratia: vt Syri adonem. egipti: Osy-  
 rin. ilientes Hectorem. apud leuconessum: Achillem. apud pontū: Patroclū. apud  
 rhodium: Alexandrū macedonem. multosq; altos / per diuersa loca / singuli vt deos  
 colunt & adorant: quos homines mortuos fuisse non dubitant. Vnde consequēs  
 est etiā: priores simili errore prolapsos / mortuis hominibus / qui forte vel poten-  
 tie aliquid / vel artis habuerāt / maximeq; si phātasiis maximis in stuporem stolidos  
 homines adduxerant / honorē contulisse diuinū. Ad id quoq; acceperit: vt & poes-  
 te / elegantia verborū / cōmenta erroris ornarē / & suavitate dicendi / immortales ef-  
 fectos esse ex mortalibus persuaderent. imo & aplius aliquid: ex hominibus stellas  
 aiūt fieri / & arbores / & animalia / & aues / & flores / fontesq; ac fluuios. & ni verbo-  
 sitas videretur: omnes pene stellas / quas ex hominib⁹ effectas asserūt / enumerare /  
 vel arbores / vel fontes / vel flores / ac fluuios possem . exempli tamen causa: singula  
 saltem ex singulis memorabo. Andromedam cephei in stellā dicūt esse conueniat.  
 Danaen ladonis fluui filiam: in arborem cōmūratā. Hiacynthū Apollinis dilectū:  
 in florem. Calisto: in sydus quod arcton vocant. Prognen & Filomelam cū Tereo:  
 in aues. Thysben apud ciliaciam: in fontem / & Pyramū ibi in fluuiū resolutos / fon-  
 tesq; ac fluuios / floresq; & animalia vel aues / aliquando homines fuisse confirmat.

## Caput. VII.

e T Petrus hec audies: ait. Ergo secundū ipatos anteq; homines mutarentur in  
 stellas / vel cetera que enumeras / & celū sine stellis erat / & terra sine arbori-  
 bus & animalibus / nec fontes / nec flumina / nec aues erāt / & quomodo ipsi homi-

nes vixerunt sine his: qui in hec post modū mutati sunt: cum constet nec potuisse prorsus sine his vitam ducere homines in terris. ¶ Et ego Clemens respondi. Sed ne ipsum quidem cultū deorū obseruare consequēter: norūt. vnuſquisq; enim eorum quos colūt: habet aliquid sibi dicatum/ a quo debent se continere cultores. vt puta Minerue olīuam: Iouī caprā ferūt dicatam. cereri semina/ Libero vinū/Oſyri aquam/Ammoni arietem/Diane ceruū/ Syrorū demoni pīscem & columbā/Vulcano ignem. & vnicuſq; (vt dixi) est aliquid proprie dicatū: a quo oportebat abſtīnere se cultores/ad honorem eorum quibus dicata sunt. Nunc autē singuli ab uno aliquo se obſeruantes: pro vnius honore/ceteros omnes iratos habēt. quos vtiq; ſi placare velint: pro honore omniū/ abſtinere ſe ab omnibus oportebat. vt ante diem iudicii iulta a ſemetiſlſ ſententia condemnati: morte miſerrima per inediām deperirent. Verum vt ad propositum reuertamur que malī ratio eſt/imo que amētia mortalium poſſidet mētes: vt hominem quem impiū/sceleſtum/profanū(Iouē dico)/inceſtum/parricidam/adulterum non ſolum ſciunt eſſe/ ſed & publice in theatrī cantant: hunc vt deū colant/& adoren: aut ſi pro hiſ gemitis deus eſſe meruit: ergo & ſi quos audiunt homicidas/adulteros/parricidas/inceſtos/etīa nūc debent vt deos adorare. ſed quod in aliis execrantur: ſcire omnino non poſſum/cur in illo veneſerentur: ¶ Et Petrus respondit. Quoniā te neſcire dicas: diſce ame/cur in illo faſinorosa geſta veneſerentur. primo quidem/ vt cum ipſi ſimilia egerint: acceptos ſe ei futuros ſciant/ vt pote quem imitentur in flagitiis. Secundo q; hec litteris ſcite reponita/& veriſibus eleganter iſerta veteres reliquerūt: & nūc puerilis eruditioſis obtentu/cum eorū noſtitia teneris & ſimpliſibus adheserit mentibus/reuellit ab eis atq; abiici difficulter poſteſt. ¶ Hec cū dixiſſet: Niceta respondit. Nō putas domine mi Petre habere eruditos quoſq; gentiliū/veri ſimilitudines quādām: quibus aſſerant hec que culpabilia videntur & probroſa: que quidem ego non vt confirmans eſtores eorum dico(abiſit enim a me: vt hoc vel ad cogitationē meā veniat) ſed tamē ſcio eſſe apud prudentiores eorum/defenſiones quādām/quibus aſtruere & colo- rare ſolēt ea/ que vidētur abſurda. Et ſi tibi placet vt aliqua ex iis proferam: que ex parte aliqua retineo/ vt iubes faciam.

## Cap. VIII.

c Vm̄q; Petrus respondiſſet. Niceta hoc modo cepit. Omnis ſermo apud gre- cos qui de antiquitat̄ origine conſribitur cum alios multos tū duos pre- cipuos auctores habet Orpheum & Hesiodum. horum ergo ſcripta in duas par- tes intelligentie diuiduntur: id eſt ſecūdum litteram & ſecundū alegoriā. & ad ea quidem que ſecūdum litteram ſunt: ignobilis vulgi turba confluxit. ea vero que ſecūdum alegoriā conſtant: omnis philoſophorū & eruditorū loquacitas admira- ta eſt. Orpheus igitū eſt/qui dicit primo fuſſe chaos ſempiternū/immensum/inge- nitum: ex quo omnia facta ſunt. hoc ſane ipſum chaos: non tenebras dixit eſſe/nō lucem/ non humidum/ non aridum/ non calidum/ non frigidum/ ſed omnia ſimul mixta/& ſempiternū fuſſe/ informe aliquando/ tamen quāl ad ouī immanis mo- dum / per immensa tempora effectam peperiſſe ac protuliffe ex ſe dupli- cem quādā ſpeciem/ quam illi masculofeminam vocant/ex cōtraria admixtione huiusmodi di- uerſitatis ſpeciem concretam/& hoc eſſe principium omniū/ quod primū ex mate- ria priore proceſſerit. quodq; procedens: diſcretionem quatuor elementorum de- derit. & ex duobus(que prima ſunt) elementis fecerit celum/ex aliis autem terram. ex quib⁹ iā omnia participatione ſui inuicē/nasci dicit & gigni. hec quidē Orpheus

Anchinos.
Leda. tygn⁹.
Helena
Leda. ſtella
Castor
Pollux
Lamia. hu- pupa.
Mnemosyne.
pastor.
Muse
Nemesis. aſſer
Semele. ignis
Dionyſius
Ceres
Perſephone
draco
Europa
Larissa.
Titius
Adonis.
Oſyris
Hector
Achilles
Patreclus.
Alexander
Andromeda.
Dane
Hiacynthus.
Thyſbes.
Pyramus
PETRVS
Clemens
Minerua.
Iupiter
Ceres
Liber
Oſyris
Ammon.
Diana.
Demō ſyrorū
Vulcanus
Gentilia non debere iuueni libus mētibus (vt nunc fit)
tradi.
Niceta
Orpheus.
Hesiodus

Liber

Subiungit autem his & Hesiodus: post hec statim celum dices factum esse & terrā ex quibus ait progenitos illos vndecim: quos interdum & duodecim dicit. ex quibus quinq̄ mares & sex feminas ponit. nomina autē dat maribus: Oceanus/Cœus/

Faust⁹ omnia  
hec ridet acci-  
probat

Hiperion/Iapetus/Chronus qui & Saturnus. item feminas: thya/Rhea/Themis/ Mnemosyne/Tethis/Hebe . Que nomina per alegoriam hoc modo interpretantur. numerum quidem vndecim vel duodecim ipsam dicunt primam naturam: quā & Rheam confluendo dictam volunt. reliquos autem decem: accidentia eis dicunt/ quas & qualitates appellant. duodecim tamē addunt & Chronum: quem apud nos Saturnum dicunt. hunc pro tempore accipiunt. Saturnū ergo & Rheam: tem- pus ponunt/& materiam. que vbi cum humido & arido/calido & frigido/tempo re fuerit admixta: omnia generat. hec ergo inquit: primo omniū tempore multo/ concretam genuit quandam quasi bullam/que ex spiritu qui in aquis erat paulatim collecta intumuit/& aliquanto tempore circumacta per superficiem matere (ex qua quasi ex vulva processerat) rigore frigoris obdurata/& glacialibus augmentis semper increscebat/abrupta tandem demergitur in profundum. ac pondere ipso peritra etā: in infernum descēdit. & quia inuisibilis facta est: Aides appellata est/qui & Orcus vel Pluto nominatur. cūq̄ de superioribus vergeret in inferna: locum cōfue- di humido prebuit elemento. Et pars crassior que est terra (aquis cedentibus) patefacta est. hanc ergo aquarū libertatē/que prius bulla obtegente premebatur: postq̄ illa inferni sortita est locum/Neptunū esse appellatam. post hoc cum elementū frigidum per concretionem glacialis bulle ad inferiora fuisset absorptum/& aridū fuisset humīdumq̄ discretum: nullo iam impediente/ elemētum calidum ignis vt posse vigore levitatis/ad superiora conuolauit aeris/spiritu & procella subiectū. hanc ergo procellā que categis grece appellatur/ ega id est capram dixerunt: & ignē qui ad superna concēdit/ Iouem . & ideo eum capra subiectū/concēdit se olympū dicunt. ipsum vero Iouem greci quidem a viuendo/vel vitam dando: nostri autē a iuuādo nominatum volunt. Hanc ergo: viuentem substantiam ferunt. que in su- perioribus posita/vi caloris velut cerebri ambitu ad se attrahens cūcta/ & quadam temperamenti moderatione componēs: de capite dicitur genuisse sapientiā/ quam Mineruam vocant/que a grecis athena propter immortalitatē nominata est. Que

Figmenta in-  
digna.

Aides siue  
Pluto

Neptunus

KATĀRΙΟ  
alīs.  
Jupiter

Minerua

De his stultis  
& irrationali-  
bus gētiū ale-  
goris: legat  
etiā qui volet  
disputationē  
Chrysanti &  
Darie  
Saturni  
vincula.  
Saturni  
castratio.  
Venus.  
Ether  
Cupido  
Chronus.  
Rhea

ex pater omniū: per sapientiam suam cuncta cōdidit) ex ipso capite eius & prin- cipali omniū genita dicitur loco : & temperata ammixtione elementorum/ vnu- sum formasse mundum & adornasse perhibetur . Igitur species que materie indi- sunt/ vt fieret mundus: quia vi caloris constringūtur/louis vītibus contineri dicunt. Que quoniam sufficenter se habent/ nec vltra addi sibi indigent aliquid noui/ sed vnumquodq̄ seminis sui posteritate reparatur: vītē esse à loue/Saturni man⁹ di- cuntur. quia nichil noui iam( vt dixi) ex materia tempus producit: sed calor seminis secundum sui specie cuncta restituit. nec Rhee partus/hoc est propago materie flu- entis ascendit:& ideo ipsam primam elementorum diuisionem/absolucionem Satur- ni nominant/quasi qui vltra mundū generare non possit. ¶ Hāc de Venere hoc modo alegoriam tradunt. vbi(aiūt) etheri subiectum est pelagus/cum repercuti- sus aquis splendor celi gratior refulsiſet: venustas rerum que ex aquis pulchrior appa- ruerat/Venus nominata est. que etheri tanq̄ fratri sociata: q̄ concupisibile deus efficerit/cupidinem genuisse memorata est. Hoc ergo modo per alegoriam/Chro- num quidem qui est saturnus; tēpus esse(vt diximus) tradunt. Rheam: materiam.

Aidem id est Orcum: inferni profundū. Neptunū: aquā. Iouem etherem/ id est casoris elementum. Venerem: venustatem rerū. Cupidinem: concupiscentiā que inest rebus omnibus/ per quam posteritas reparatur. vel etiam ratio: que sapienter inspecta delectat. Hera id est Iuno: aer iste medius/ qui de celo vscq ad terrā descēdit posnatur. Diana quā ipsam & proserpinam dicunt: aerem infernū tradunt. Apollinē etiam: ipsum solem dicitū/circū untem polum. Mercurium: verbum/ quo ratio de singulis quibusq reddatur. Martem: intemperatum ignem/ qui cuncta consumat. Sed ne singula enumerando immoremur: ad hanc alegorie speciem/de unoquoc eorum quos colunt ii/quibus secretior de talibus inest peritia/honestas sibi videntur & iustas reddere rationes.

## Cap. VIII.

a Hec cum Niceta dixisset: Aquila respondit. Valde michi videtur quisquis ille auctor & inuentor horum/ impius extitisse: si hec que grata & honesta videntur abscondit/& superstitionis sue ritum / in dedecorosis & turpibus obseruatōis collocauit. cum ea que secundum litteram scripta sunt: manifeste inhonestā sint & turpia. & tota religionis obseruantia in ipsis constet: ut per huiusmodi scelera & impietates/deos suos quos colunt / doceantur imitari. nam in istis alegoriis: que eis utilitas erit? que quāuis honeste fingantur: nullus tamen ex eis aut usus ad cultum peruenit/aut ad mores emendatio. unde magis constat: q prudētes viri cum viderent communē superstitionem tam probrosam esse/tamq turpem/nec tamen corrīgendi modum aliquem vel scientiam didicissent/quibus potuerunt argumentis & interpretationib<sup>9</sup> conati sunt res inhonestas/honesto sermone velare. & nō (ut dicunt) honestas rationes inhonestis fabulis occultare. quod si esset: nūq vtiq ipsa eorum simulacra atq ipse de eis pictura/cum suis viciis & criminibus formarentur. non cygnus adulter lede: nec taurus formaretur Europe/ & in mille monstra eum/ quem putat meliorem omnibus/ verterent. quod vtiq si magni & sapientes qui sunt apud eos viri/fictum scirent esse/non verum: nonne impietatis arguerent & sacrilegiū eos/qui ad iniuriam deorum huiusmodi aut picturā ponerēt/ aut sculperent simulacra: deniq regem temporis sui depingant in bouis formam/ vel anseris/vel formice/vel vulturis/& scribāt super/regis nomē/ atq huiusmodi vel statuā/vel imaginem collocent: & iniuriam factis entinent/& vindicēt magnitudinem. sed quoniam vera hec magis sunt que publica turpitude testatur / & ad excusationē a viris prudentibus/sermonis honesta quesita sunt & concinnata velamina: idcirco non solum prohibentur/sed & in ipsis mysteriis Saturni filios deuorantis/ & occultati pueri per corybātum cymbala & tympanorum sonitus/exprimuntur imagines. de abscissionē vero Saturni: que maior erit probatio veritatis/q in honorem dei sui/simili infelicitatis sorte/abscidantur etiam cultores! Cum ergo hec manifeste cernantur: quis tam exigui sensus/imo tam stolidi inuenitur/cui non palam sit hec magis vera esse de infelicitibus diis/que infeliores etiam/corporum suorum vulneribus & abscissionē testantur: Quod si (ut dicunt) hec ita honeste & pie gesta/in honesto ritu ministrantur & impio: sacrilegus profecto est quisq ille/vel ex initio hec tradidit/vel nunc male tradita persistit implere. Quid autem & de libris dicemus poetarum: nonne oportuerat eos/si honesta & pia deorum gesta turpibus fabulis infamarunt: abiici protinus/atq in ignē dari: ne persuaderent tenere adhuc etati pueroꝝ/Iouem ipsum deorum principem/parricidam erga parentes/incestum erga sorores & filias/impurum etiam in pueros extitisse/Venerem cum Marte/adul-

Aides.  
Neptunus  
Iupiter  
Venus.  
Cupido  
Iuno.  
Diana.  
Proserpina  
Apollo  
Mercurius  
Mars

Aquila

PETRVS

teros / & omnia illa que sum superius dicta sunt . aut quid tibi videtur domine mi  
Petre . ¶ Tum Petrus respodit . Certus es tu dulcissime fili Aquila : quia omnia per  
bonam dei prouidentiam gesta sunt / ut non solum infirma & fragilis / verum & turpis  
esset causa / que futura erat contraria veritati . si enim validior & verisimilior fuisset  
erroris assertio : haud facile quisque qui non deceptus esset / ad iter veritatis rediret . si  
enim nunc / cum tam multa probra & dedecora de diis gentium proferuntur / vix aliquis  
turpem derelinquit errorem : quanto magis si esset ibi aliquid honestum & verisimile  
difficulter namque transfertur animus ab iis ; in quibus a prima etate preuentus est . & ob  
hoc (ut dixi) divina prouidentia factum est : ut erroris substantia / & infirma esset & tur  
pis . sed & cetera omnia / simili modo competenter & comode dispesat divina pr  
uidentia : licet nobis ignorantibus rerum causas / bone & optime dispensationis divine  
non liqueat ratio . ¶ Cum hec Petrus dixisset : ego Clemens Niceta rogabam / ut aliqua  
de alegoriis gentilium / quas diligenter attigerat / cognoscendi gratia exponeret . utile enim  
est : ut cum gentilibus disputationem / etiam illa nos minime lateat . ¶ Et Niceta . Si (inquit) pa  
mittit dominus meus Petrus : possum dicere . ¶ Tu Petrus . hodie (inquit) permisi  
vobis dicere aduersum gentiles : ut nostis . ¶ Et Niceta ait . dic ergo Clemens : de quibus  
audire velis . ¶ Cui ego ait : quomodo traditur de deorum cena gentiles / quam in Pelei  
nuptiis habuerunt & Thetidis . quem dicunt esse Paride pastorem : & quas ponunt luno  
ne / Minervam / & Venerem / que apud eum iudicantur / quemque Mercurium / vel quod ma  
lum / & cetera que per ordinem consequuntur ; enarram nobis .

Caput. X.

Niceta  
Alegoria gen  
tilium de cena  
deorum

t Vm Niceta . Cene deorum causa : hoc modo se habet . comitium mundum tradunt .  
discubedam ordinem : deorum stellarumque positionem / quos Hesiodus celum & terre  
primos filios nominat . in quibus sex mares / & sex feminas : ad duodecim signorum nu  
merum referunt / que universum circueunt mundum . dapes autem coniuncti : rationes esse &  
causas rei tradunt / dulces & concupiscentes . que qualiter regatur & gubernetur hic  
mundus : ex singulorum positione / & astrorum cursibus colligitur . ad libertatis tamen  
coniunctum modum / dicunt ista constare : pro eo quod potestate habeat universusque sensus  
si velit / degustare aliqd ex huiusmodi scientia / aut non / si nolit . & sicut in coniunctu : ne  
mo cogit / sed vescedi libertas penes uniuersaque est : ita & philosophandi ratio pedet  
in voluntatis arbitrio . discordiam : cordis concupiscientiam dicunt / quae insurget aduersus pro  
positum metis / & philosophandi impedire studium . ideo denique / & tempus illud esse ait :  
quo de nuptiis agit . Peleum vero & thetidem nympham : aridum & humidum ponunt elem  
tum . ex quo ruit admixtione : substancia corporum constat . Mercurium verbum esse tradunt : p  
quod sensu doctrina constat . Iunonem : pudicitiam . Minervam : fortitudinem . Venerem :  
libidinem dicunt . Paride : sensum . si ergo accidat in homine / barbarum esse & impudicum sensum /  
& rectum iudicium nescientem : spreta pudicitie virtute / libidini palma (quod est malum) da  
bit . p quod non solu sibi : sed & ciuibus / & universo genti subuersio & punitio aderit .  
hec ergo licet illis coponere ex qualibet materia visum sit : tamem aptari ad omnem ho  
minem possint . quia si quis pastoralis & rusticus atque imperitum habeat sensum / nec velit eru  
diri : ubi corporis calor de libidinis suavitate suggesterit / continuo spretis studiorum  
virtutibus & scientie bonis / ad voluptates corporis animum transfert . & hinc est : unde  
impacata bella consurgunt / vibes ruunt / patrie cocidunt ; sicut & Paris rapta Helena ad  
mutuum grecos & barbaros armavit exitium .

Caput. XI.

Malum : pomum .

e T Petrus collaudās prosecutionē ait. Multas (ut video) ingeniosi homines: PETRVS  
ex iis que legūt verisimilitudines capitū. & ideo diligēter obseruandū est: vt  
lex dei cum legitur/ non secūdū proprii ingenii intelligentia legatur. sunt enim mul-  
ta verba in scripturis diuinis: que possunt trahi ad eum sensum/ quā m sibi vnuſq[ue] q[ui] sponte presumpſit. quod fieri non oportet. non enim sensum quem extrinsecus  
attuleris alienum & extraneū/ debes querere quomodo ex scripturarum auctorita-  
te cōfirmes: sed ex ip̄is scripturis sensum capere veritatis. & ideo oportet ab eo in-  
telligentiam discere scripturarū: qui eam a maioribus secūdū veritatē sibi traditam  
seruant. vt ipse possit ea que recte suscipit: cōpetenter asserere. cum enim ex diuinis  
scripturis integrā quis suscepit & firmā regulam veritatis: absurdum non erit/si  
aliquid etiā ex eruditio[n]e cōmuni ac liberalib[us] studiis (que forte in pueritia attigit)  
ad assertionem veri dogmatiſ conferat. ita tamen vt vbi vera didicit: falsa & simu-  
lata declinet. Et cum hec dixisset: ad patrē nostrū respiciens ait. Tu ergo o senex/sig-  
dem saluti anime tue consulis/ vt cum corpore fuerit resoluta/breui hac puerione  
requiem inueniat sempiternam: require de quibus vis/& cōſule. vt possis si quid in  
te est dubitationis/abducere. incertum est enim etiam iuuenib[us] vite tempus: senib[us]  
autē iam nec incertū est. non enim dubitant / qn q̄tūcūq[ue] est quod putatur super-  
esse: breue sit. & ideo tam iuuenes q[ui] senes oportet: de conuersione & penitentia/  
valde esse sollicitos/& latagere de reliquo/ vt ornent animas suas ornamētis dignis-  
simis/ id est dogmatibus veritatis/decore pudicitie/splendore iusticie/candore pie-  
tatis/aliisq[ue] omnibus quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Tum pre-  
terea declinare a cōsortiis in honestis & infidelibus/& societates habere fidelitū: atq[ue]  
illos frequētare cōuentus: in quib[us] de pudicitia/de iusticia/de pietate tractatur. ora-  
re deū semp ex corde: & ab ipso petere que decet a deo polci/ ipsi gratias agere/ves-  
tā penitentiā gerere preteritorū gelitorū/ aliquāculū etiā si possibile est/ per misericor-  
dias pauperū/iuware penitentiā. per hec enim facilior venia dabitur: & indulgēti/cia-  
tius indulgebuntur. quod si prouectionis eratis sit is/qui ad penitentiā venit: eo magis  
gratias agere debet deo/quod post q[uod] fractus est omnis impetus cōcupiscētie carna-  
lis (sciētia veritatis accepta) nulla ei imminet pena/ per quā insurgētes aduersus ani-  
mā/reprimat corporis voluptates. superest ergo ei in agnitione veritatis/& miseri-  
cordie operibus exerceri: vt afficer fructus dignos penitentie. nec putet: q[ui] in tem-  
poris longitudine documentū cōuerſionis ostēdatur/ & nō in deuotionis ac pro-  
positū firmitate. deo enim manifeste sunt mentes; qui non temporum rationē collis-  
git/sed animarum. ipse enim probat: si quis agnita veritatis predicatione/ nō disti-  
lit/ necq[ue] tempus negligendo consumpsit. sed statim & (si dici potest) eodem momen-  
to preterita peccata horrescens/futuroī ū deliderū cepit/ & in amore regni celestis exars-  
it. propter quod nemo vestrū ultra diffimulet/ nec retro respiciat: sed ad euange-  
lium regni diligenter accedat. non dicat pauper: quia cum diues fuero/tunc cōuer-  
tar. nō requiri a te deus pecuniam: sed animū misericordem/& piā mentē. necq[ue]  
diues cōuerſionem suam differat pro sollicitudine seculari: dum cogitet quomodo  
dispēſabit abundantiam frugum. necq[ue] dicat intra semet plūm: quid faciā/vbi recon-  
dam fructus meos: necq[ue] dicat anime sue: habes multa bona reposita in annos mul-  
tos: epulare/letare. nam dicitur ei: stulte hac nocte auferetur abs te anima tua. que  
preparasti: cuius erit: itaq[ue] fit sinet ad penitentiā omnis eras/omnis sexus/omnisq[ue]  
conditio: vt vitam consequatur eternam. iuuenes quidem in eo gratiſint: quod in

Nota

Presumptio z  
nes proprii sē  
sus lūmope  
re cauēdas cīc  
ca diuina

ipso impetu desideriorum/ceruices suas iugo subiiciunt discipline. Senes & ipsi laudabiles: quia multi temporis consuetudinē/in qua male preuēti sunt/pro dei amore commutat. nemo ergo differat: nemo cūctetur. que enim causa cunctandi est ad bene agendū? an times: ne cū benefeceris/ibi remuneratio nem nō inuenias/vt putasti? & quid senties detrimenti: si benefeceris gratis? nōne sola in iis sufficeret conscientia: quod si inuenieris vt presumis: nonne pro paruis magna/& pro tempora libus eterna recipies? verū ego hec propter incredulos dixi. Nos autē que predicamus/ita se habēt: ga nec aliter esse possunt q̄ prophetica voce promissa sunt. si q̄ autē cupit ad amissim veritatē nostre predicationis agnoscere: cōueniat ad audie dū/& qd sit verus propheta cognoscat/ & tū demū omnis in eo cessabit ambiguitas. si tamē nō obstinatis animis resistat iūs: q̄ vera esse cōcepit. Sūt enim quidā q̄ quolibet modo ad hoc tantū respiciunt: vt vincant. & laudē per hoc magis: q̄ salutē querāt. quibus non eueniat dici aliquid: ne & sermo nobilis patiatur iniuriā/& iniurie sue reū/eterna morte cōdēnet. Quid enīm est in quo aduersari predicationi nostre quis debeat: aut i quo cōtra veri / honestiq̄ fidē sermo predicationis nostre deprehēditur: q̄ dicit honorandū esse dēū & patrē omniū cōditorē/eiusq̄ filiū: qui solus eū & voluntatē eius cognouit/cuiq̄ soli de omnib⁹ credendū est que precepit. solus/enīm est lex/& legislator/& iudex iustus: cuius lex decernit honorādum esse deūm & dominū omniū: per vitam sobriam & misericordem/& in ipso solo omniū colloquandam spem.

Cap.XII.

**S**ed dicet aliqs/ etiā a philosophis huiusmodi precepta dari. Nichil est simile. nā de iusticia quidē ab eis & lebriate mandatur: sed remuneratore deum gestorū malorū/bonoīūq̄ nō norūt. Et ideo leges & precepta eorū/accusatorem tātūmodo publicū vitāt: cōscientiā vero purificare nō possunt. Quid enim timeat in occulto peccare: q̄ occultorū esse arbitriū & iudicē nō neuit: Addūt p̄terea philosophi in preceptis suis/etiā deos q̄ sunt demones adorādos: quod solū (etiā si in aliis probabiles viderētur) grauissime eos potest impietatis arguere/ & ex propriis cōdēnare sentētis. q̄ vnū qdē esse pronūciāt dēū:pro assentatione tamē erroris humani/plures mādāt colēdos. Aut autē & illud philosophi/dēū nō irasci: nesciētes quid dicāt. ira enīm mala est/vbi mētē turbat/ & rectū cōsiliū perdit: illa vero ira q̄ malos punit/perturbationē mēti nō infert. sed vnus (vt ita dixerim) idēq̄ affect⁹ est: qui & bonis p̄mīa/& malis retribuit penā/nā si bonis & malis bona restituat/& simili remuneratiōne erga pios vtatur & impios: iniustus poti⁹ q̄ bonus videbitur.

**C** Sed aīs. Nec debuit de⁹ facere malū. Verū dīcis: nec fecit. sed q̄ ab eo creati sunt: dū iudicādos se esse nō credūt/indulgētes voluptatibus suis/a pietate & iusticia de uoluti sunt. **C** Sed dīcis. Si iustū est punire malos: statū vt male agūt puniri debent. Tu qdē bene festinas: sed ille q̄ etern⁹ est/& quē nichil latet/quāto null⁹ ei finis/tāto & prolixa patiētia est. & nō ad velocitatē vindictē: sed ad salutis respicit causas. delectatur enī:nō rā morte/q̄ conuersione peccātis. Ideo deniq̄ & sanctū baptismū lar gitus est hoībus:ad quod si q̄ festinet/& de reliquo maneat emēdat⁹/delenit ex eo omnia peccata/que p̄ ignorantia cōmissa sunt. Nā philosophi/quid cōtulerūt vite mortalū/ dicēdo hominibus non irasci deūm: nempe vt docerent eos: nullum habere vindictē alicuius vel iudicii metum : & per hoc tota peccātibus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus iuuerunt: qui dixerunt non esse deūm/sed casu omnia & temere agi: Nonne:vt hoc audientes homines/& arbitrantes nullum esse iu-

dicem>nullum prouisorem rerum/ad omne facin<sup>9</sup> quod vel furor/vel auaricia/vel libido dictasset/neminem verendo/precipites agerent: An illi reuera multum iuuerunt mortalium vitam: qui dixerunt nichil posse sine Genesi fieri: scilicet ut vnu quisq<sup>z</sup>/peccati sui causam Genesi ascribens: semetipsum in sceleribus suis pronunciaret itmo xium/dum crimen suum non penitendo diluit/sed factum culpando tō geminat. Nam quid de illis dicam philosophis/qui deos colendos esse introduxerunt: & tales deos/quales paulo ante audistis: Quid fuit aliud decernere: nisi vt via/niſi vt crimina/niſi vt flagitia colerentur? Pudet/miseretq<sup>z</sup> me vestri: si creditis digna hec esse: & impia atq<sup>z</sup> execrabilita/aut nō reprehendistis hactenus/aut reprehensa & intellecta mala/pro bonis & optimis coluistis. Tum preterea & illud qua le est/quod presumpserūt nonnulli philosophorum/ vel deo loqui cū sint mortales: & opinione sola de inuisibilibus dicere/vel de mūdi origine vbi non aderant cum fieret/vel de fine eius/vel de animarū in infernis dispēlatione & iudicio: nescientes q̄a presentia quidē & visibilia nosse/hominis est rationabilis? Preferita vero & futura & inuisibilia scire: solus prophetice presciētie est. Nō ergo hec cōiecturis & opinionibus colligenda sunt in quibus falluntur valde homines: sed fide prophetice veritatis/sicut se habet hec nostra doctrina. nos enim nichil a nobis loquimur/ nec humana existimatione collecta ānūciam<sup>9</sup> (hoc enim decipere est auditores) sed veri prophete auctoritate/nobis tradita & manifesta predicam<sup>9</sup>. De cui<sup>9</sup> presciētie virtute prophetica si quis (vt dixi) ad liquidum vult documēta suscipere: sollicitus cōueniat/& impiger sit ad audiendū. & euideres dabim<sup>9</sup> promissiones: quib<sup>9</sup> vim prophetice prescientie/nō solū auribus audire sed & oculis etiā videre ac manu cō tractare se credat. de quib<sup>9</sup> certā fidē cū ceperit: iugū iusticie & pietatis/absq<sup>z</sup> villo labore suscipiet/tantāq<sup>z</sup> in eo sentier suavitatē vt nō solū nichil ei laboris inesse causetur/verū & aplius aliquod addisi sibi desideret & imponi. Cūq<sup>z</sup> hec & alia his similia dixisset/& nō nullos ex iis qui aderāt infirmos & demonibus oblesso curasset: gra tulantes & deū collaudātes turbas dimisit/precipiens eis vt ad eūdem locum euam sequentib<sup>9</sup> diebus/audiendi gratia cōuenirent.

## Cap.XIII.

Vniq<sup>z</sup> domi iam inter nos essemus ac prepararcimur ad edendum: ingressus quidā nūciat Apionem Plistonensem cū Anubione nuper venisse ab antiochia/& hospitari cū Simone. Tum pater audiens/valde gauisus est: & ait Petro. si permittis: volo ire & salutare Apionem & Anubionem/ quia valde amici michi sunt. Fortassis autem Anubionē etiā suadere potero disputare cū Clemente de Genesi. Et Petrus. Permitto inquit: & laudo quod amicos colis. verūtamen considera quomodo per prouidentiā dei: omnia tibi ex sentētia cōcurrūt. ecce enim nō solū affectiō tibi propria (deo prestante) reparata est: sed & amicorū presentia procuratur. Et pater. vere(inquit) aduerto ita esse: vt dicis. & cū hec dixisset: abiit ad Anubionē. nos autē cū Petro positi: per totā noctē interrogando de diuersis/& discēdi ab eo delectatione ipsa doctrine/& suavitate verborū puigiles māsim<sup>9</sup>. Et cū iā aurora surgeret: Petrus intuēs me ac fratres meos ait: miror quid vltū sit patri vestro. cūq<sup>z</sup> hec diceret supuenit pater: & inuenit Petru nobis de se loquētē. cūq<sup>z</sup> sa lutasset:satisfacere cepit/& causā exponere ob quā foris mālisset. nos aut̄ respiciētes in eū: expauim<sup>9</sup>/vultū in eo Simonis vidētes/vocē tamē patris nostri audiētes. cūq<sup>z</sup> refugeremus eū/& execraremur. stupebat pater/q̄ tā austere cū eo agerem<sup>9</sup> & barbare. Solus tamē Petrus erat q̄ vultū eius naturalem videbat: qui & ait ad nos/

Nuncius,  
Apion.  
Anubion  
Simon mag<sup>9</sup>.  
Faustinianus.  
PETRVS

Faustinianus.

PETRVS  
Aquila Nīcea ta & Clemēsi  
credūt de pa tre Simonem  
esse.  
PETRVS

Liber

Fili  
PETRVS

eur execramini patrem vestrum: Cui nos vna cum matre respondimus: hic nobis Simon videtur/voce habens patris nostri. Et Petrus. Vobis quidem vox eius que maleficiis mutata non est/sola nota est: michi autem etiam vultus eius/qui aliis arte Simonis mutatus appareret/Faustiniani vestri patris notus est. & intuens patrem ait: causa que coniugeum tuum conturbat ac filios hec est/species vultus in te non videtur illa/que fuit/sed facies execrati Simonis in te appareret. Et cum hec diceret/gressus quidam ex iis qui antiochi precesserant: dicebat ad Petrum. Scire te volo domine mihi Petre: quia Simon apud antiochi publice multa facies signa & prodigia/nichil altius populo prouulsa nisi que ad tuum odiu pertinet/ magnum te nominans/maleficu/hominae cida. & in tantum eos aduersum te odiu concitauit: ut magnopere desideret (si te usq inuenire queant) carnibus tuis exsaturari. & ob hoc qui premissi sumus/videntes valde commotu contra te ciuitatem: occulte in vnu conuenientes considerabamus/ quid fieri oporteret. cum nullum videremus exitum rei: superuenit Cornelius centurio missus a Cesarea ad presidem Cesaree/publici negotii gratia. hunc accersimus ad nos/ causam ei qua melius essemus exponimus/ & si quid posset vt iuuaret horramur. tum ille promptissime repromittit se/eum protinus fugaturu: si tamen consilio eius/ etiam nos amitteremur. cum nos polliceremur cuncta geluros: ait. Cesar in urbe romana/& per prouincias: maleficos inquiri iussit ac perimi: ex quibus iam plurimi perempti sunt. ego igitur diuulgabo per amicos meos: vt istum magnum capere venisse me/& ob hoc missum a Cesare/quo etiam hic cum ceteris suis sociis puniatur. vestri ergo qui cum ipso sunt/occulte quasi undecim audierint indicet ei: quod ego ad ipsum capiendum missus sum. certum est quod cum audierit: fugiat. aut si vos aliquid melius videtis: dicite. Quid plura: ita factum est a nostris/qui cum ipso erant explorati gratia simulati. ubi didicit Simon ventum esse ad se/ tanquam ingens sibi beneficium collatum ab eis accipiebat/in fugia versus est. discedens igitur ex antiochia cum Athenodoro: huc venit licet audiuius. hoc ergo visum est nobis omnibus qui precessimus: vt interim nunc non ascendas antiochiam/usq quo videamus/si illo discedente/ odium quod de te populo seminavit/ aliqua ex parte vacuetur. Cumque hec insinuasset is qui de antiochia venerat: Petrus respiciens ad patrem nostrum/ ait. Audi Faustiniane. a Simone mago transformatus est vultus tuus: sicut apparent. putans enim quod a Cesare queretur ad penam: territus fugit. & suum vultum tibi imposuit: si forte tu pro ipso caspi/& ad mortem duci possis/ vt filius tuis tristitiam moueret. Pater vero ubi hec audiuit: cum lachrimis exclamans/recte (inquit) existimasti Petre. nam & Anubion (quia michi valde amicus erat) sub secreto quodam indicare michi ceperat de insidiis eius: sed infelix non credebam/ qui nichil in eum commiseram malum. cumque omnes vna cum patre tristitia & lachrimis agerentur: interea & Anubion venit ad nos/ indicans nobis Simonem fugisse per noctem/iudeam petentem. videns autem patrem nostrum plagete & lamentante se/ ac dicente infelici me/ qui eum magnum esse audiens non credebam/ quid michi misero accidit: vna die recognitus ab uxore & filiis/ letari non potuerim cum eis/ sed ad priores miserias quas in errore pertuli/ revolutus sum. mater autem multo grauius: sparsis & laceratis crinitibus plangebat. nos quoque in permutatione vultus patris stupentes: quasi attoniti eramus & amentes/ nec quid rei esset intelligere poteramus. sed & Anubion nos omnes ira videns affligi: velut mutus stebat.

Tum Petrus nos intuentes filios eius: ait. Michi credite: quod hic ipse est pater vester. propter quod & moneo vos: vt quasi patrem obseruetis eum. cibis enim deus o-

Iuuenis ad  
PETRVM.

Cornelius cœ  
turio.

Humane pru  
tie consilium

PETRVS

Faustinianus.

Anubion

PETRVS

casionē aliquā: qua deposito Simonis vultu/euidētem patris vestri id est suā rectū perare possit effigiem. Et ad patrem cōuersus ait. Ego tibi permiserā salutare Apionem & Anubionem/quos tibi a puero amicos fuisse dixeras: nō tamē vt cū Simonē loquereris. ¶ Et pater. Peccauī (inquit) fateor. ¶ Tū Anubion. Et ego (inquit) cū iplo rogo & precor te: vt ignoscas seni/víro bono & generoso. seductus est ita felix: & ludibriū factus nominato mago. dicā enim quomodo res gesta est. vbi venit ad salutandū nos: cōtigīt vt in ipsa hora circūstaremus Simonem/ audientes eū dicētem q̄ fugere velit ea ipsa nocte. audiſe enim se: q̄ venerīt quidam etiā ad hāc laoditie ciuitatem/ qui eū ex precepto imperatoris comprehendenderent. velle autē se in hunc qui nuper ingressus est Faustinianū: omnem cōuertere furorem . & ait ad nos: tantum (inquit) vos facite eum cenare nobiscum/& ego vnguentum quoddā componam/quo cenatus perungat faciem suam/& ex eo meum vultum omnibus habere videatur. vos autem herbe cuiusdam succo facies perungemini prius: vt nō fallamini de mutatione vultus eius. ita vt exceptis vobis: alīs omnibus Simon videatur. & cum ille hec diceret: aio ad eum. Et quid tibi ex hoc facto: cōferetur lucris? Tū Simon. Primo (inquit) vt ipsum cōprehendāt: qui me querunt/ & me desinant querere. si vero etiā punitus fuerit a Cesare: vt luētum maximū habeant filii sui/qui (me derelicto) fugerūt ad Petru/& sunt modo adiutores illius. Id autē confiteorti: Petre/quod verū est: timui tamē Faustiniano idicare hec. sed neq̄ spaciū nobis ipse Simon dedit: vt possemus nos secretius loquī/ & plenius ei cōfiliū Simonis aperire. Interea circa mediā noctem: Simon iudeā petens aufugit. deduxit autē eum Athenodorus/& Apion. ego autē simulaui inequalitatē corporis: vt domi remanerē/& facerē h̄ic veloci⁹ ad vos redire. si forte possit alīquo modo occultari apud vos: ne forte ab iis qui Simonē querūt cōprehēsūs/ad Cesare perducatur/& pereat gratis. & nūc sollicitus pro ipso vent̄ videre eum: & redire anteq̄ superueniant illi qui deduxerūt Simonem. Et conuersus ad nos Anubion ait. Ego Anubion patris vestri verum vultum video: reuera quia perunctus sum prius ab ipso Simone (sic cut narrauī vobis) vt oculis meis vera Faustiniani facies appareret. vnde satis stupeo/ & admiror artem Simonis magi: quomodo nō cognoscitis patrem vestrum. Flentibus autē patre & matre ac nobis omnibus pro iis que acciderant: motus etiā miseratione Anubion fleuit.

Cap.XIII.

Vm Petrus misericordia pmotus: restituturū se promittit facie patris nostri: dices ad eū. audi Faustiniane. Cū nobis pri⁹ utilitatis aliquid cōtulerit error PETRVS iste transformati vultus tui / & ministrauerit ad ea que volumus: tunc veram tibi vultus tui imaginē reddet Christus. Vīdens autē pater quia vultus Simonis gereret effigiē: concepit animo vt peteret antiochiā/a qua iā Simon recesserat.& occasione accepta: eius artes illuderet/eiusq̄ si posset/frustraret maliciā. & assumptis lectū Nūceta & Aquila (ita pmittēte Petro) se protin⁹ ad priorem accinxit viā. ¶ Interea cū Petrus ex more quotidie populu doceret / & virtutes molitas ac sanitates efficeret: post dies decē venit qdā nostrorū ab antiochia missus a patre/ānūciās nobis/quo modo publice staret pater/Simonē quidem (qui in vultu eius videbatur) accusans/ Petrum vero immensis laudibus efferens/ & omni populo commendans/ ac desiderabilem faciens. ita vt omnes ex eius sermone mutati: desiderarent eum videre. multos autem tantum in Petri amore venisse: vt seūrent in patrem/quasi in Simonem. & manus ei vellent iniicere: velut qui tantū malī cōmisisset in Petru. pro-

Faustinianus  
Anubion

pter quod aiebat: appropera/ne forte perimitatur. in timore enim magno posic: ve  
lociter misit me/ vt sine mora venias. quo viuentem eum occupies: & simul cresceri  
erga tui desiderium ciuitati/oportunius appareas. Quibus cognitis: Petrus postera  
die conuenire populos iubet/ & uno ex iis qui sequebantur eum/ ordinato eis episcopo/ aliis etiam presbyteris/baptizatis quoq; plurimis/ & omnibus qui erant vex  
xati laguorib; vel demonib; sanitati redditis/demorat; ibi aliud triduum. Interea  
oīs populus ad patrem collectus est. & cepit omnibus confiteri publice/secundum  
ea que populi (quē Simon peruerterat) restauratio flagitabat. nāc cum omnes si  
mul nobiles & ignobiles/ & diuines simul ac pauperes conuenissent/ sperantes ali  
qua ab eo/more solito prodigia posse fieri: oīs hac voce alloquitur. diu est quod  
me Simonem infeliciissimum hominū: patientia diuina sustinet. nā quidquid in me  
mirati estis: non veritatis ministerio/sed demonum mendaciis & artibus gestū est/  
vt vestram fidem peruerterem/ vt meam animam condemnarem. cōfiteor me om  
nia de Petro fuisse mentitum. ille enim neq; magus/neq; homicida vnḡ fuit: sed a  
deo ad salutem vestram & omniū missus est. quem si ex hac hora contemnedum  
putaueritis: certum est apud nos/q; possit ipsa ciuitas vestra repente deperire. que  
autem causa sit: vt hec vobis vltro confitear. ab angelo dei hac nocte vehementer  
correp; sum: & cur ei inimic⁹ extiterim/vehementissime flagellar⁹. Precor ergo vos:  
vt si ego ipse ex hac hora aperuero os meum cōtra eum/ proiicietis me ab aspectu  
vestro. ille enim immundus demon/saluti hominū inimicus: contra ipsum loqui  
tur/ne per eum vos pertingatis ad vitam. quid nunc ars magica per me vobis po  
tuīt virtutis ostendere: canes feci aereos latrare/ & statuas moueri/ figurās mutare  
hominū/ & subito ab aspectib; hominū disparere: & per hec debuistis artem magi  
cam execrari/q; vobis miraculum inane pretenderem/ānimas vestras diabolicas la  
queis innodabam ne crederetis Petro/ qui & languentes in nomine eius a quo mis  
sus est curat. demones fugat/ & paralyticos saluat/ & mortuos suscitat.

## Caput.XV.

**h** Ec & his similia prosequentem: execrari cepit omnis populus/ & dare fle  
tum & gemitum quod peccassent in Petrum (eadem vero die ad vesperam  
restituta est in Faustiniano facies propria/ & recessit ab eo aspectus Simonis magi)  
credentes eum esse magum & impium. Audiens Simon vultum suum in eo ad Pe  
tri gloriam profecisse: festinus preuenit Petrum/ & tetrat arte sua/ vt a Faustiniano  
eius similitudo recederet/ cum hoc Christus iam iuxta apostoli sui verbum imple  
set. videntes autem Niceta & Aquila post predicationem necessariam/ paternam  
faciem restitutam: gratias agentes deo/ non eum permiserunt viterius alloqui po  
puli. Simon autem cepit (licet occulte) per amicos suos & familiares: amplius de  
rogare q; fecerat. tunc omnes in facie eius expulerunt/ & de ciuitate cum ingenti de  
decore expulerunt dicentes: tu eris reus mortis tue/ si vltreius locuturus contra Pe  
trum/huc tibi credideris esse veniendum. Interea dū hec agitur: Petrus faciens mul  
tas sanitates/ & cōfictis rite compositis/ & ecclesiā Christi constituens/ valedicens/a  
laodicia proficiscitur/sic factus desiderabilis cuncte antiocheniū plebi. & cepit per  
Nicetā & Aquilā tota ciuitas audire/q; Petrus aduētaret. omnis autē populus an  
tiochie ciuitatis/audiētes Petru venire: occurrerūt ei/ & pene omnes maiores natu  
ac nobiles cinere aspersi in capite/penitētiā agētes/ q; cōtra p̄dicationē/nup magū  
Simonē suscepissent. hec & hī similia prosequētes: offerūt ei vexatos laguorib; &

demoniis fatigatos/ paralyticos quoq; & diuersa pericula patientes/ & erat infinita multitudo simul languentiū. quos vidēs Petrus nō solū penititudinē agere eorū que de eo male sensissent per Simonem/ verum etiam & tam integrā fidē exhibere deo/ vt etiam omnes diuersas egritudines patientes/ crederent per eum posse saluari: expandit ad celos manus suas/ & cū lachrimis orationem effundens/ gratiasq; agens deo/dicebat. benedico te pater predicande/ qui omne verbum & promissionē filii tui adimplere digneris: vt cognoscat omnis creatura/ quia tu solus deus in celo & in terra. hec & his similia dicens: ascendit in eminentiore locū/ & iussit ante se ponī omnem multitudinem egrotatiū/quos omnes hac voce alloquitur. similem vobis hominem me esse videntes: nolite putare/quia a me possitis recuperare salutem vestram/sed per eum qui de celo descendens/ ostendit credētibus sibi/ integrā anima & corporis medicinam. vnde fides vestra / testem habeat hūc omnem populū: qui ex toto corde creditis in dominū Ihesum Christum/ vt sciāt etiā seipso ab ipso posse saluari . cūq; omnis multitudo infirmantium vna voce clamaret/hūc verum deū/ quem Petrus annūciat : subito immēsum lumen gratie dei in medio plebis apariuit/ & ceperunt paralyticī currere ad pedes Petri/sani/ ceci recepto visu clamare/ claudi restaurato gressu gratias agere/languentes recepta sanitate gaudere/nōnnulli etiam solo flatu viuentes/ iam sine sensu & sine voce iacētes/recuperati sunt. omnes quoq; lunatici/ & pleni demoniis liberati sunt. tantam itaq; sp̄ritus sanctus in illa die gratiam sue virtutis ostēdit: vt omnes a minimo usq; ad maximū/viua voce confiterentur deum. & ne multis immorer: intra septem dies plusq; decem milia hominū credentes deo/ baptizati sunt/ & sanctificatione cōsecrati. ita vt omni auiditatis desiderio/Theophilus qui erat cūctis potētibus in ciuitate sublimior: dom⁹ sue ingētem basilicam/ecclesie nomine consecraret. in qua Petro apostolo cōstituta est/ ab omni populo cathedra: & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum dei cōueniēs/ credebat sane doctrinē/ quam sanitatum efficacitas affirmabat.

**C** Tum ego Clemens cum fratribus meis & matre alloquimur patrem: vtrum aliique infidelitatis in eo reliquie remansissent. **C** At ille. Venite ait: & videbitis coram Petro/ quantum in me fidei creuerit incrementū. Tum accedens Faustinianus: procidit ad pedes Petri dicens . semina verbī tui/ que ager mee mentis accepit/ iam nata sunt: atq; ita ad fecundam maturitatēm peruecta sunt/ vt nichil desit/ nisi vt a paleis/me sp̄irituali illa tua defeces falce/ & reponens me in horreo dominico/ facias me mense diuinitatis participem. **C** Tum Petrus cum omni alacritate apprehēdēs manum eius: tradidit eum mīchi Clementi & fratribus meis dices. sicut tibi patri filios restituit deus: ita & te patrem/ filii restituūt deo . indixit autem ieiunium omni plebi: & veniente die dominica/baptizauit eum . atq; in medio populi ex cōuersione eius materiam sumens/ omnes casus eius exposuit. ita vt omnis ciuitas: quasi angulum/ eum aspiceret/ & nō minorē ei gratiam q̄ apostolo exhiberet.

Theophilus

Clemens &  
fratres.  
Faustinianus,

RECOGNITIONVM BEATISSIMI PETRI APOSTO  
LI/ DECIMI ET VLTIMI LIBRI FINIS.  
CHRISTO DOMINO VITE  
AVCTORI GRA  
TIE.

Queris a me: quomodo si filius sit, non priore habeat patrem? Quem  
si abs te, quando aut quomodo filius potest esse Generatum? Mi-  
si enim impossibile est Generationis scilicet Secretum? Mens deficit:  
filius: non in ea tantum sicut Angelorum: Sup' potestates: Sup' Angelos: Sup'  
Exerubin: sup' Secundum: Sup' omnis sensus est: quod Scriptum est: Pax  
Christi super omnes: senz. CONTINVATIO EPISTOLE CLEMENTIS PRECEPTO  
sus. 10. fol. 4. b



Symbolū ab  
apostolis con-  
ditū attestāte  
PETRO  
apostolo

Symbolum  
Collatio  
Symbolum  
Indicium

De diuinitate  
Christi q̄ ver-  
bū patris est.

Enitemini (inquit) & verā agite penitētiā. Omnes ergo homines qui chris-  
tiano cōsentur vocabulo: patre & filio & spiritu sanctū/vnū dñi & do-  
minū veraciter credere & cōfiteri/eūq̄ tota mente & toto corde & tota  
virtute diligere & proximos suos tanq̄ semetiplos/docibilesq̄ vscq̄ ad perfectam  
doctrinā ad hec perficienda summopere oportet. fides enim & dilectio: totius bo-  
nitatis est fundamentū. Sine fide autē: placere deo nemo poterit. Christo itaq̄ re-  
surgente & ascēdēte in celū/ missō sancto spirītu/ collata apostolis sciētia linguarū:  
adhuc in uno positi symbolū quod fidelis nūc tenet ecclesia (vnusquisq̄ quod sen-  
sit dicēdo) condiderūt. vt discedētes abīnuicē: hāc regulam per omnes gentes pre-  
dicarent. Summā ergo totius fidei catholice recēlentes: in qua & integritas creduli-  
tatis ostenditur & vnius dei omnipotentis (id est sancte trinitatis) equalitas decla-  
ratur & mysterium incarnationis filii dei/ qui pro salute humani generis a patre de  
celo descēdens/de virginē nasci dignatus est/ quoq̄ ordine vel quando morte per-  
tulerit/quomodo sepultus surrexerit & in carne ipsa celos ascenderit/ad dexterāq̄  
patris considerit/& iudex venturus sit/ac qualiter remissionē peccatorū sacro bap-  
tismate renatis cōtulerit/& resurrectionē humani generis in eadē carne in vitā eter-  
nā futurā: sic docuerūt. Symbolū enim grece latine collatio dicitur. Quod hoc pre-  
dicti sancti apostoli inter se per spirītu sanctū/salubriter (vt dictū est) condiderūt. di-  
citur & indicūt: q̄ per illud is qui recte crediderit/ indicatur. Ergo cūctis credētibus  
que continentur in prefato symbolo: salus animarū/ & vita perpetua bonis actib⁹  
preparatur. & quod in primordio eiusdē symboli preponitur/ credo in dñi patre  
omnipotēte: preclarū fidei testimoniu & fundamentū in prima fronte monstrat.  
quia saluus esse poterit: qui recte crediderit. Credere enim oportet accedēte ad dñi.  
quoniam corde creditur ad iusticiā: ore confessio fit ad salutē. Vnde ait propheta.  
Credidi: propter quod locutus sum. Et illud Iustus ex fide viuit. Et nisi credideritis  
non intelligetis. Ergo sane in reb⁹ humanis nullū opus incipit: nisi labor omnis  
ad effectū venire credatur. Vnde credēdum est in dñi: a quo tam presens vita q̄ fu-  
tura tribuatur. deus autem appellatio est substantie sempiterne/sive timoris diuini.  
Igitur deus sine principio/sine fine/simplex/incorporeus/& incōprehensibilis. Pa-  
trem autē cum audis: agnosce quod habeat filiū veraciter genitum. sicut possessor  
dicitur: qui aliquid possidet. & dominus: qui habet cui dominetur. Deus ergo pa-  
ter: secreti sacramenti vocabulum est. cuius vere filius est: verbū/& speculū/& cha-  
racter/& imago viuens patris viuētis/in omnibus patri similis/eiusdē nature/& in  
diuinitate genitus/& genitori per omnia coequalis. Nec querāt quomodo genuit  
filium: quod & angeli nesciūt/prophetis incognitum est. vnde illud dictū est. Ge-  
nerationē eius: quis enarrabit: quā secretam originē: cū proprio filio nouit ipse so-  
lus/qui genuit. nec a nobis deus discutiendus est: sed credendus. qui in nobisipsis  
nescimus quod sapimus: quomodo sapientia/ingeniū/aut intellectus/consiliū/aut  
mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse: quia lux genuit splēdorem/sicut ait  
propheta. In splēdoribus sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te. Et illud. Hic  
deus noster: & nō reputabitur alter ad eū. & post in terra vistus est: & inter homi-  
nes conuersatus est. Diligere ergo deum vnūquēq̄ ex toto corde & tota anima

(ut prefixum est) & ex tota fortitudine oportet: & proximum tanq; semetipsum/ respondente domino cuidam scribarum ac dicente. Primum omnium mandatum est. Audi israel/dns deus tuus deus vnuſ eſt. & diliges dominū deum tuum ex toſto corde tuo/& ex tota anima tua/& ex tota mente tua/& ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximū tuū tanq; teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. quod maius est omnibus hoſ locauomatibus & sacrificiis. Vnde & in veteri testamento scriptū habetur. Quod tibi fieri non vis: alteri ne feceris. Et dominus ait. Omnia quecumq; vultis ut faciat vobis homines: & vos facite illis similiter. Quibus vtrisq; mandatis: per vnum misericordia compescitur/& per alterum benignitas propagatur/ ut ne malū quis inferat/ sed bonum impendat. Primum ut caueat ledere: secundum ut non bonum prestare. Si enim fratrem quem vides non diligis: deum quem non vides quomodo potes diligere? Sic ergo docet nos exercere curam nostram:& sic diligere nos/ ut nō negligatur dilectio proximi. Quia dei dilectio/morti comparatur dicente sapientia. Vasta illa est dilectio ut mors. Idcirco quia sicut mors/violenter separat animā a corpori: ita dilectio dei vehementia sui/debet seperare animā a mundano & carnali amore. Qui enim (dominus inquit) diligat me: mandata mea seruabit. Nam qui dei precepta cōtemnit: deum non diligit. Vnde scriptum est: Nolite putare q; maneat in dilectione mea: si nō seruaueritis precepta mea. Neq; enim regē diligim⁹: si odio leges eius habuerimus. Neq; etiam ex toto corde poterit is deum diligere/ qui noscitur erga proximum carere dilectionem. quia per dilectionem proximi: peruenitur ad charitatem Christi. Quoniam (ut premissum est) his duobus preceptis: tota lex pendet & prophete docibiles ergo/ qui perfecte docti nō sunt ad hec pagēda: oportet omnes esse. ut & ipsi docti sint: & alios prudenter instruere/ & perfecte possint docere/luxra Danielem prophetam qui ait. Populus autem sciens deum suum: obtinebit & faciet. & docti in populo docebunt plurimos. Omnes docere prompts (ut etiam iam dictum est) qui docti sunt esse oportet: sed sacerdotes doctiores ceteris in populo necesse esse dicebat. quia si cecus leco ducatum presliter: ambo in faveam cadunt. Sacerdotes vero sal terre & tñudi lumen dicens: precipiebat ipsis pre ceteris in splendore operum/patrem glorificare deum. de quibus dominus ait. beati es tū cum maledixerint vobis & perlecuti vos fuerint/ & dixerint omne malum aduersum vos: mentites propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas: qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si sal evanuerit: in quo salietur: id ad nichilum valer ultra: nisi ut foras mittatur/& conculceretur ab hominibus. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq; accedunt lucernam/& ponunt eam sub modio/ sed supra casum delabrum/ ut luceat omnibus qui in domo sunt. ut qui ingrediuntur: lumen videant. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant bona opera vestra/ & glorifcent patrem vestrum/ qui in celis est. Episcopos autem per singulas ciuitates ad quas ille non miserat: & doctos & prudētes sicut serpentes/simplicesq; sicut columbas iuxta domini preceptum/ nobis mittere precepit. Quod etiam facere iam cepimus: & domino opem ferente/facturi sumus. Vos autem per vestras dioceſes/ episcopos sacrate: & mittite. quia nos ad alias regiones: quod ipse iussit agere/curas. sumus. Aliquos vero ad Gallias/hispaniasq; mittim⁹. & quosdam ad Germaniam Gallie. Hispanie. Germanie.

**Italia** et Italiam atque ad reliquias gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebelliores gentes fore cognoscimus: illuc dirigere lapientiores & seueriores necesse duximus: qui quotidie non cessant diuina luminare semina: & multos Christo domino lucrari: & ad rectam fidem & viam veritatis perducere. ut plures manipulos: domino valeat presentare. In illis vero civitatibus in quibus omni apud ethnitos primi flaminis eorum atque primi legis doctores erant: episcoporum primates ponuntur vel patriarchas ordinavit: qui reliquo rū episcoporum iudicia: & maiora (quoties necesse fuerit) negotia in fide agitarēt sectātū dei voluntatem (sic constitutū sancti apostoli) & ita ut ne quis iniuste periclitetur definiteret. In illis autem civitatibus in quibus dum apud predictos erant archiflamines/ quos tamen minores tenebant quod memoratos primates: archiepiscopos institui precepit. qui non tamen primatū: sed archiepiscoporū frueretur nomine. Episcoporū quoque iudicis (ut superius memoratū est) & maiora ecclesiarū negotia si ipsi reclamerint/ aut fortassis aliquem timorem/ aut hos/ aut illos suspectos habuerint: ad iam dictos primates seu patriarchas (ne quis innocenter periret) transferri iussit. In singulis vero reliquo rū civitatum/ singulos & non binos vel ternos/ aut plures episcopos constituti precepit: qui non primatū aut archiepiscoporū/ aut metropolitanorū nomine (quia matres civitatum non tenent) sed episcoporum tantum vocabulo insignirentur. quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit: sed unus omnibus prefuit. hoc tamen preuidendum instituit: ne in villis/ aut castellis/ aut modicis civitatibus instituerentur episcopi. ne vile nomen eorum fieret. Episcopos ergo vicem apostolorū gerere: dominū docuisse dicebat. & reliquo rū discipulorū vicē tenere: presbyteros debere. Et si quis aliquem: ex his scandalizaret: grauissimā illi penā interri deberi. Cūctos lenuicem diligere/ & adiuvare debere/ & neminem ab adiutorio fratris se substrahere: docebat. Homicidas vero & adulteros/ & cūctos criminalibus nexibus implicitos/ & eos qui ipsis forte equales non essent/ ab illorū vexatione & accusatione (ubere domino) prohibebat: & non (nisi a coequalibus) aliqd eis inferri. quia discipulum supra magistrum esse/ aut villam ei iniuriā interrogare nullatenus decet. Infames quoque omnes/ & quos amministratores legū seculi non recipiunt/ sed et laicos ab eoru accusatione & vexatione semper repellendos/ & cunctos illis subditos esse precipiebat. & cūctorū etiā sacerdotū vitā: superiorē sanctioreque/ ac discretā a secularibus & laicis hominibus esse/ & spirituales quosque atque sacerdotes: super carnales ac laicos semper constitutos docebat. quoniam pro minimo nobis esse deberet: ut a talibus arguamur & iudicemur/ vel ab alio humano die. maiores vero a minoribus: nec accuari nec iudicari vilitatem posse dicebat: quoniam non solū diuinā/ sed & leges seculi/ hoc inhibere constaret. Omnes ergo legū diuinarū spōte violatores/ & lacra rū institutionū perturbatores: ecclesiastica indignos regula & sancta communione iudicabat. Operatores vero ea fūcē/ eisque obedientes: virarūque ac ceterorū honore dignos esse dicebat. vnde & prophetas in testimoniu sumebat. Audite celi & auribus percipe terra: quoniam dominus locutus est. Filios enutrui & exaltaui: ipsi autem ipreuerunt me. Cognovit bos possessorem suum/ & alius presupe domini sui: Israel autem non cognovit me/ populus meus non intellexit. Ve genti peccatūci/ populo graui iniquitate/ semini nequā/ filii sceleratis. dereliquerūt dominū/ blasphemauerūt sanctū israel/ abaliti sunt retrosum. Super quo percutiā vos ultra addentes preuaricationē. Quod

ne caput languidū & omne cor merēs: a plāta pedis vſq; ad verticē nō est in eo sa  
nitas. Vulnus & liuor/ & plaga tumēs: nō est circūligata/ nec curata medicamine/  
neq; fōtē oleo. Terra vestra deserta/ciuitates vestre igne succense: regionē vestram  
corā vobis alieni deuorāt. Et desolabitur sicut in vastitate hostili:& derelinquetur.  
Ve inquit q dicitis bonū malū/& malū bonū: ponētes tenebras lucē/ & lucē tene  
bras/ponētes amarū in dulce & dulce in amarū. Propterea captiuus ductus est po  
pulus meus: qa nō habuit scientiā. & nobiles eius interierūt fame:& multitudo ei⁹  
siti exaruit. Propterea dilatauit infern⁹ animā suā:& aperuit os suū absq; vlo termi  
no. Et descēdūt fortēs ei⁹ & popul⁹ ei⁹/& sublimes glorioliq; eius ad eū. Et incur  
nabīs homo/& humiliabīs vir:& oculi sublimū deprimētur. Et exaltabīs dominus  
in iudicio: & domin⁹ sanct⁹ sanctificabitur in iusticia. Carnales spiritualib⁹ resistere  
prohibebat: & de his q ceruices suas cōtra magistros & seniores suos erigebant: in  
exēplū adducebat. detracta est ad inferos supbia tua: cecidit cadauer tuū. Subter te  
sterneref tinea & operimētū tuū erūt vermes. Quomodo cecidisti de celo Lucifer q  
mane oriebaris: corruisti in terrā q vulnerabas gētes: Qui dicebas in corde tuo in  
celū ascēdā: supra astra dei exaltabo solū meū. sedēbo in mōte testamēti in laterib⁹  
aqlonis: ascēdā sup altitudinē nubiū/similis ero altissimo. Verūtamē ad infernū de  
traheris: in profundū lacū. Qui te viderint: ad te inclinabunt/teq; prospiciēt. Nun  
quid iste est vir q cōturbauit terrā/q cōcussit regna/q posuit orbē desertū/& vrbes  
eius destruxit/vincit̄s eius nō aperuit carcerē. Ebrietatē oppido prohibebat: ebris  
oslos corpore et animo mortuos esse dicēs. de qbus & in exēplū aiebat. Ve q cōsur  
gitis mane ad ebrietatē lectādā/& porādū vlc̄ ad vesperā: vt vino elstuetis. Citha  
ra/& lyra/& tympanū/& tybia & vinū/in cōiuīs vestris: & opus domini nō re  
spicitis/& opa manū ei⁹ nō cōsideratis. Et iterū. Ve q potētes estis ad bibendū vi  
nū: & vīti fortes ad miscēdā ebrietatem. qui iustificatis īpium pro muneribus: &  
iusticiā iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis/& calor  
flamme exurit: sic radix eorū quasi fauilla erit/& germen eorum vt puluis ascēdet.  
Abiecerūt enī legē domini exercitūt: & eloquiū sancti israel blasphemauerūt. Ideo  
tratus est furor domini in populo suo: & extēdit manū suā sup eū/& p̄cussit eū/&  
cōturbati sūt mōtes. Et facta sunt morticinia eorū quasi sterc⁹ in medio platearū. In  
omnib⁹ his non est auersus furor ei⁹: sed adhuc manus eius extēta. Nullū etiā pres  
byterū in alicui⁹ episcopi pārrochia aliqd agere debere: absq; eius pmissu volebat.  
sed & cūctos presbyteros propriis episcopis in oībus absq; mora (instituēte dñi)  
obedire. Nullū itē aliena cōcupiscere aut p̄sumere eorū: sed vnūquēq; suis sibi q  
missis cōteniū abire oportere. Nemine etiā quidq; alteri facere: nisi quod libi vellet  
fieri iſtruebat. Sāctā quoq; ecclesiā īmaculatā/oēs seruare debere euāgelizabat:cui⁹  
claves episcopos nominabat. Ipsi enī habēt potestatē claudere celū/& apire portas  
eius: qa claves celi facti sunt. Admonere autem eos nemine debere dicebat: qa oculi  
dñi sunt. & qui eos tangit: tangit pupillā oculi ei⁹. Et quāte pene dign⁹ sit is q eos  
scandalizat: ipsum dominū docuisse dicebat vbi ait. Qus scandalizauerit vnū de pa  
sillis istis qui in me credūt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius/&  
demergatur in profundū inferni. Ve mōdo ab scandalis. Necesse enī est vt veniant  
scandala. Verūtamē ve homini illi: q scandalū venit. Si autem manus tua vel  
pes tuus scandalizat te: ab scide eū & proice abs te. Bonū est tibi ad vitam īgredi  
debilem vel claudum: q duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignē eternū.

Et si oculus tuus scandalizat te: erue eū & proilice abs te. Bonū est tibī vñū oculum  
 habentē in vitā intrare: q̄ duos oculos habētē mitti in gehēnā ignis. Vide te ne cō  
 temnatis vñū ex his pusillis. Amen dico vobis: quecūq; alligaueritis sup terrā: erūt  
 alligata & in celo/& quecūq; solueritis super terrā/erūt soluta & in celo. Iterū dico  
 vobis/quia si duo ex vobis cōsenserint sup terrā: de omni re quācūq; petierint/fiet  
 illis a patre meo/q̄ in celis est. vbi enim sunt duovel tres cōgregati in nomine meo:  
 ibi sum in medio eorū. Et iterū per prophetā loquiſ dices. Expauit (ingt) celū super  
 hoc/& horruit āpli⁹ vehemēter dicit domin⁹. O intolerabilē malignitatē/o lingua  
 iniq̄atē loquētē cōtra deū/& mentē in altitudinē cornu extollentē. Et iterū impos  
 ne homo tue lingue ostiū & serā: cessa cornu in altitudinē extollens/& loquēs ini  
 quitatē aduersus deū & proximū tuū. Quousq; insultas patiēti Christo & fratrib⁹.  
 Sic autē peccātes in fratres & pcutiētes eorū infirmā cōscientiā : in Christū grauitet  
 peccatis/& rei iudicio effeciſ/infames efficiemini/& iuste expellemini. Et iterū p pro  
 phetā loquitur dicens. Vos autē sacerdotes domini/vocabimini ministri dei veitri.  
 dicetur vobis: fortitudinē gentiū comedetis/& in gloria eorū s̄np̄b̄ctis. Pro confu  
 sione vestra duplici & rubore: laudabūt patrē eorū. Propter hoc i terra sua dupli  
 cia possidebūt:& letitīa s̄p̄tēna erit eis. Quia ego dominus diligēs indiciū:& odio  
 habens rapinā in holocaustū. Et dabo opus eorū in veritate:& fedus ppetuū feriā  
 eis. Et scieſ in gētib⁹ semen eorū: & germen eorū in medio populorū. Omnes qui  
 viderint eos cognoscēt eos: q̄a isti sunt semen cui benedixit domin⁹. Gaudēs gaude  
 bo in dño/& exultabit anima mea in deo meo/q̄a induit me vestimentō salutis: &  
 indumentō iusticie circūdedit me/ quasi sponsū decoratū corona/ & quasi sponsam  
 ornatā monilib⁹ suis. Sicut enim terra profert germin suū/& sicut ortus semen suū  
 germinat: sic dñs deus germinabit iusticiā/& laudē corā vniuersis gētib⁹. Eos autē  
 a solo dño/aut iudicādos/aut remouēdos & non ab aliis iccirco astruebat . q̄a sui  
 sunt:& nō alterius. Et quis est: q̄ alrerius iudicet seruū: Nā si ista nō patiūtur homi  
 nes: nec deus deorū & dñs dominatiū hec vllaten⁹ patif. Vnde & prophetas/eius  
 rei testes proferebat: p̄ quos dñs loquiſ dicens. Ecce excoxi te: sed nō quasi argērū:  
 elegi te in camīno paupertatis. Propter me faciā/vt non blasphemēr: & gloriā meam  
 alteri non dabo. Audi me Iacob & Israel: quem ego voco. Ego ipse/ego primus/  
 & ego nouissimus . Manus quoq; mea fundauit terram. & dextera mea mensa est  
 celos. Ego vocabo eos et stabunt simul. Me insule expectabūt: et brachium meum  
 sustinebunt. Salus autem mea in sempiternū erit:et iusticia mea non deficit. Audite  
 me qui scitis iustū populus: lex mea in corde eorū. Nolite timere opprobria homi  
 nū: et blasphemias eorū ne metuatis. Sicut enim vestimentū: sic comedet eos vermis  
 et sicut lanā: sic deuorabit eos tinea. Sal⁹ autē mea in sempiternū erit: et iusticia mea  
 in generatione generationū. Et itē. Abscōdita est vita mea a dño:et a deo meo iu  
 diciū meū trāsbit. Nūquid necis aut nō audisti/ deus sempitern⁹: deus qui creavit  
 terminos terre nō deficit/necq; laborabit/ nec est īvestigatio sapiētie eius: qui dat  
 lasso virtutē: & iis (qui nō sunt) fortitudinē & robur multiplicat. Deficient pueri &  
 laborabūt: & iuuenes in īfirmitate cadēt. Qui autē sperant in dño/mutabūt fortitu  
 dinē/& assumēt pēnas sicut agle: currēt & nō laborabūt/ābulabūt & nō deficient  
 Transeat ad me insule:et gētes mutēt fortitudinē!. Accedant: et tūc loquant/simul  
 ad iudiciū propinquem⁹. eos autē qui illos vexāt/aut amouere/aut dānare nitunt:  
 dominus per prophetā dānat/ & vlcq; ad satisfactionē eorū/etiam ecclesie dānatos

esse declarat: ubi per prophetā ait. talia elegerūt in viis suis: & in abominationib⁹ anima eorū delectata est. Vnde & ego eligā illusiones eorū: & dānationē adducam eis. q̄a locutus sum eis: & nō audierūt/fecerūtq̄ malū in oculis meis: & q̄ nolui elegerūt. Audite verbū domini q̄ tremitis ad verbū ei⁹. dixerūt fratres vestri odientes vos: & abiūcētes propter nomē meū: glorificetur domin⁹: & videbim⁹ in leticie stra/ipsi autē cōfundētur. Nō enī laborabūt frustra in cōturbatione presules meis: quia ſemē benedictionū domini est. Anteq̄ clamēt ego audiā: & adhuc illis loquētibus ego exaudiā. Ad glorificādūt se & diuina mādata ſemināda & euāgelizanda: eos domin⁹ elegit: & nō vt prohibeātur aut perturbētur. quoniā q̄ eos ledit/eū ledit cui⁹ legatione fungūtur. Predicare ſuggerebat eos affidue: & mādata dominis ſine intermissione ānūciare/opera eorū bona: corā hominib⁹ mōſtrare/ & cōſciētā bonā corā deo habere. Omnesq̄ principes terre & cūctos homines illis obedire: & capita ſua ſubmittere: eorūq̄ adiutores exiſtere: vt omnes pariter fideles & cooperatores legis dei mōſtrarēt: ne de eis dicāt. Cōfundētur & erubescēt omnes/q̄ pugnāt aduersum te: & erūt quāl nō ſint. Et peribūt viri: q̄ p̄tradicūt tibi. Queres eos: & nō iuenies viros rebelles tuos. Erūt quāl nō ſint: & veluti cōſumptio hominis/ bellātes aduersum te. Oēs ergo q̄ illis cōtraueniūt: ita dānatos & infames vīq̄ ad ſatisfactionē eſſe voluit. & ſi nō cōuertant/ a līmīnibus ecclesiē extorres eſſe p̄cepit. Homicidiōrū vero triā genera dicebat: & penā eorū parē eſſe. Nā ſicut homicide interfectores fratū: ita & detrectores fratrū: eisq̄ obediētes/ homicidē ſūt. q̄a & qui occidit & q̄ odit fratrē ſuū & qui detrahit: pariter homicida eſſe mōſtrat ſcriptura. Oēs etiā a carnalibus dēſideriis q̄ militāt aduersū animā abſtinere/ & bonā eorū cōuerſationē ac īnocētē/oībus mōſtrare poſtulabat: & ex corde cūctos attēti⁹ ſeiūcē diligere/ & verā fraternitatē inter ſe habere. Quotidiana vero illi⁹ p̄dicatio circa relī qua diuina mādata hec eſt: quā ad eius exēplum etiā tibi pater chariflīme ſignificare curauit. Bonorū inq̄t operū inter cetera ſemina ac negocia ſūt: quātū vnuſq̄ſq̄ ſapit & potest totis intīmī cordis (vt p̄actū eſt) viſcerib⁹/ deū diligere/ & proximū velut ſeipſū/ abnegare ſeipſū ſibi/ vt ihesū Christū dominū noſtrū ſequaf/ & nichil ei⁹ amori p̄ponere. Veritatē corde & ore proferre: & totam ſpēm ſuam deo ſemp cōmittere. Aēt⁹ vite ſue omni hora cuſtodiare: & eū in omni loco deū respicere/ firmiter ſcire. Cogitatōes malas cordi ſuo adueniētes/mox ad Christū allīdere/ & ſacerdotib⁹ dñi manifestare. Os ſuū a multo vel prauo colloqo cuſtodiare: & verba vaña aut mēdacia nō dīcere. q̄a os quod mētī occidit animā. Verba diuina libēter au dire/ & ſacerdotib⁹ ſuis obtēperare/obediētesq̄ eſſe. Predicationi & orationi ac lectioni frequēter iſtib⁹: & elemosynas veras pficere. dēſideria carnis nō amare: ſed propriā fracere volūtate. boni aliqd in ſe cū viſerit/deo nō ſibi attribuere. at malū/ a ſe factū cognoscere/ ſibiq̄ ipſi iputare. Multū loq̄ non amare: ſed cuſtodiare labia ſua/ ne dolū aut malū loquātur. diē iudicii timere/ gehēnā expauescere: vitā eternā omni p̄cupiſcētia dēſiderare. Nō occidere/nō adulterare/nō furtū facere/nō rē p̄ximi cōcupiſcere/nō falsū teſtimoniū dicere: ſed oēs hoīes honorare. Corp⁹ cuſtodiare: vanalq̄ & caducas nō āplecti delicias. Ieiuniū & vigilias ſāctas amare/paupes recreare/nudos veſtire/ iſfirmos viſitare/mortuos ſepelire: & diligēter eorū exlegas pagere/p eisq̄ orare/ & elemosynas erogare. dolētes p̄ſolari & ſuis bonis refouere: & a malis actibus ſe alienū efficere. Non eſſe ſuperbū/non yīnolentū/nec multū edacēm: non ſomnolentum/non pigrum/non murmuratorem/non detractorem.

De cōfessione

quia qui detrahit; nō solum se/sed & multos alios occidit. Irām non perficere/nec  
 rācundie tempus reseruare: dolū in corde non tenere/nec pacem falsam pretendere.  
 Charitatem non derelinquere: nec iurare/ne forte perjurium(quod absit) incur-  
 satur. Malum pro malo non reddere: nec iniuriam facere/sed factam patienter to-  
 lerare. Inimicos diligere/maledicentes se non rursus maledicere: sed magis benedice-  
 re/& persecutionem pro iusticia sustinere. Castitatem amare: & nullum odio habe-  
 re. quia qui odit fratrem suum: ipse homicida est. Elationem fugere/zelum malum  
 non habere: inuidiam non exercere/nec contentionem diligere. Cum discordantib-  
 us/ante solis occasum in gratiam redire:& de dei misericordia nunq̄ desperare. Se-  
 niores venerari: & iuniores diligere. Episcopos: sacerdotes suos ac cūtēs reliquos  
 ecclesie ministros/atq̄ omnem plebem sibi commissam/verba diuina& mādata in-  
 struere atq̄ dirigere. hosq̄ omnes: suos episcopos tota cum animi virtute vt pro-  
 prios oculos amare: quia oculi sunt illorum. Eorū preceptis ipsos in omnibus obe-  
 dire(etiam si ipsi aliter(quod absit) agat) memores sancti illi⁹ dominici precepti. que  
 dicūt facite: que autē faciūt facere nolite. Ipsi autē episcopi si exorbitauerint: ab istis  
 nō sunt reprehendendi vel arguēdi: sed supportādi/nisi in fide erraverint. Illi ergo  
 super istos sunt: nō autē isti super illos. quoniam maior: a minore/ nec argui nec ius-  
 dicari potest. ¶ Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos: quia discipul⁹  
 supra magistrum esse non debet/neq̄ potest. Nullus velet dici sanctus ante q̄ sit: sed  
 prius sit/quod ver⁹ dicatur. Precepta domini doctořū ac magistrorū/factis quo-  
 t die adimplere: & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. obediētia enim  
 & humiliatio que magistris exhibetur: domino exhibetur. Timor dominii delecta-  
 bit:& dabit laetitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti deum bene erit  
 in extremis: & in die defunctionis sue benedicetur. Ve dissolutis corde qui non cre-  
 diderunt deo/& resistit mandatis eius:& inobedientes ac contumaces sunt iis/quia  
 eius legatione fungunt. & ideo non protegūtur ab eo. Ve iis qui perdiderunt sus-  
 ferentiam. qui dereliquerunt vias rectas. & diverterunt in vias prauas. & quid fa-  
 cient: cum inspicere ceperit dominus? Qui timent dominū: non erūt increduli ver-  
 bo eius: & qui diligunt illum/obsernabunt viam illius. Qui timent dominū: inquisi-  
 rent que beneplacita sunt illi: & qui diligunt eū/replebuntur lege ipsius. Qui timet  
 dominū: preparabunt corda sua/& in conspectu illius sanctificabunt animas suas.  
 Qui timent dominū: custodient mandata ipsius: & patientiam habebunt usq; ad  
 aduentum illius/dicentes. si penitentiam non egerimus: inciderimus in manus dei &  
 nō in manus hominū. secūdum enim magnitudinem illius: sic & misericordia ei⁹  
 cum ipso est. Venite(inquit) filii audite me: timorem domini docebo vos. Currite  
 dum vite lumen habetis: ne tenebre mortis vos comprehendant. Omnis qui vult  
 vitam/ & cupit dies videre bonos: prohibeat linguam suam a malo / & labia sua  
 ne loquantur dolum. diverterat a malo & faciat bonum: inquirat pacē & persequa-  
 tur eam. quia oculi domini super iustos:& aures eius ad preces eorū. Vultus autē  
 domini super faciētes mala: vt perdar de terra memorā eorū. Propterea nolite fieri  
 sicut equ⁹ & mulus: qbus nō est intellectus. sed letamini in dño & exultate iusti &  
 gloriāmini cōmēs recti corde. qā multi veniēt ab oriente & occidente(dño dicēte) atq̄  
 a septentrione ac meridie: & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob. Propter  
 quod pater charissime: promoue vt doceat attenius hunc predicationis ordinem/

et absolutionis diem . vt saluentur anime hominū : que occulta dei virtute quē des-  
beant diligere priusq̄ doceantur agnoscūt . Operū vero ratio/potestati & arbitrio  
vnusculūsc̄ permittitur : & hoc ipsorum est propriū . desiderium vero habere er-  
ga doctorem veritatis: hoc a patre celesti donatum est . Sed salus in eo est: vt volū-  
tatem eius cuius amorem & desiderium (deo largitore) conceperis efficias: ne dica-  
tur ille sermo eius ad nos/quem ipse dixit . Quid autē dicitis me domine dñe: & non  
facitis ea que dico: Est ergo propriū muneris: vt sit vnuſquisc̄ (prout domin⁹ no-  
ster dederit) perfectus in ecclesia/mittensc̄ semina diuīna . vt de nobis non predici⁹  
sermo: sed ille dicatur quē alibi dixit dominus noster . Ideo inquit omnis scriba do-  
& in regno celorum: similis erit homini patris familias/qui profert de thesauro suo  
noua & vetera . Nullus ergo inquit impedit ordinem aut locum occupet irratio-  
nabiliter/vei temporum permuteat vices: sed primo que sit iusticia eius/que volun-  
tas requiramus/vt bonis operibus ac dei gratia repleamur . Deus enim iis qui recte  
sentiunt/& bona agunt/presto est: quoniam illis manifestat seipsum . Nam si quis  
velit anteq̄ actus suos emender/ de iis requirere que non potest inuenire: stulta &  
inefficax erit huiusmodi inquisitio . Tempus enim breue est: & in iudicio dei gesto-  
rum causa agitur non questionum . Ideoq̄ ante omnia hoc queram⁹ quid nos aut  
qualiter agere oporteat: vt eternam vitam consequi mereamur . Nam si exiguum  
hoc vite tempus/ per inanes occupemus & inutiles questiones . inanes sine dubio  
& vacui ab operibus bonis pergeamus ad deum . vbi iudicium operum nostrorum  
fiet . Vnaqueq̄ etenim res suum tempus habet & locum . Operum hic locus/hoc tē-  
pus est: meritorum seculum futurom . Currant igitur per viam mandatorum dei: &  
ab eorum & preceptorū domini institutis/ & a spiritu sancti doctrina non receda-  
tur . Quapropter preparāda sunt corda nostra ac corpora/sancte mandatorū eius  
suorūsc̄ episcoporum ac predictorum obedientie militatura: vt sue gratie iubeat  
nobis auxilium ministrare/ & fugientes gehenne penam ad vitam valeam⁹ omnes  
peruenire eternam . Hec itaq̄ pater charissime Iacobe ab ore beatissimi Petri iuben-  
tis accepi: tibiq̄ vt optabas insinuare studui vt seruare omnia immaculata precipi-  
as. quia ecclesiastica non oportet negligenter/ sed diligenter expleri negocia . Hec  
ergo precepta nemo credit absq̄ sui periculo negligenda aut dissimulāda. quia iu-  
dicio dei/ignis eterni tormenta sustinebit: qui ecclesiastica decreta neglexerit . Qui ves-  
tro te audierit (vt fuisse minister Christi ihesu) gloriam accipiet . Qui autem te nō  
audierit imo loquentem dominū per te: ipse sibi damnationem accipiet . Curādum  
igitur & attendendum est nobis omnibus/quod imperpetuum expedit: vt Christi  
passionibus per patientiam participemus/atq̄ regni eius mereamur esse consortes.  
Amen.

Ex potestate  
& arbitrio sis-  
ne diuino au-  
xilio quo no-  
bis desideriū  
erg abonū/ &  
veritatem oc-  
culte inspira-  
tur: boni ni-  
hil possumus,

COMPLEMENTI EPISTOLE  
CLEMENTIS DISCI-  
PVLI PETRI APO-  
STOLI  
F I N I S

ANACLETI QVARTI POST PETRVM  
RHOMANI PONT.  
EPISTOLA.

† PETRI.

† PETRI.

Ro. v.

Clemens

Nacletus seruus Christi Ihesu/in sede apostolica domino seruēs: epis-  
copis omnib⁹ & ceteris cūctis fidelibus/ qui coequalē nobiscū sortiti  
sunt fidē/ gratia vobis & pax atq; cōsolatio multiplicetur a domino  
in secula. Benedictus deus & pater domini nostri Ihesu Christi/ qui se-  
cūdū magnā misericordiā suam regenerauit nos in spem viuā / per resurrectionem  
Ihesu Christi ex mortuis/ in hereditatē incorruptibile & incontaminatā & immar-  
cescibilem/ conseruatā in celis in vobis/ qui in virtute dei custodimini per fidem in  
salutē paratā reuelari in tempore novissimo/ in quo exultabitis/ & si modice nunc  
oportet cōtristari in variis tribulationibus/ vt probatio vestre fidei multo precio-  
sior sit auro/ quod per ignem probatur . si tamen tribulationibus tentati: proba-  
ti inueniamini. Patientes estote dilectissimi : quia patientia probationem operatur/  
probatio vero spem/spes autem non confundit. Ecce agricola expectat preciosum  
fructū terre/patiēter ferens donec accipiat temporanū & serotinū . Si agricole hec  
patienter ferūt pro téporalibus fructibus: quāto magis pro eternis patientes esse des-  
betis. Estote ergo patientes & cōfirmate corda vestra: vt adueniēte iudice Christo:  
leti & probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrū: vt non iudicemini. ecce  
iudex ante ianuā assūtit. Exemplū accipite charissimi/ laboris & patientie propheta:  
qui locuti in nomine domini sunt. en beatificamus qui sustinuerūt. Sufferentiā  
Iob audīstis/ & finem domini vidīstis: quoniā misericors & miserator domin⁹ est.  
Tribulationes vestras audiūm⁹ fratres tā per vestros q̄ & per aliorū apocrifanos.  
super quibus valde dolemus vobisq; cōpatimur: & auxiliū ferre (prout ipse largit⁹  
fuerit/ qui pro nobis nō solū tribulatus: sed eriam passus est)parati sumūs. Nolite  
mirari charissimi qui persecutiones patimini quasi noui vobis aliquid cōtingat: sed  
cōmunicantes Christi passionibus gaudere/ vt & in reuelatione glorie eius gaudē-  
atis exultantes. Si enim exprobramini in nomine Christi/beati eritis: quoniā quod  
est honoris/glorie/ & virtutis dei & qui est eius spiritus super nos requiescit. Ne-  
mo autē vestrū patiatur: quasi homicida/aut fur/aut maledicus/aut alienorum ap-  
petitor. si autem vt christianus: nō erubescat. glorificet autē deum in isto nomine:  
quoniam tempus est vt incipiāt iudicium a domo dei. Si autem primum a nobis:  
quis finis eorū qui nō credunt dei euangelio: Et si vix iustus saluabitur: impius &  
peccator ubi parebunt? Itaq; & ii qui patiuntur: fidieli creatori cōmendent animas  
suis/secundū voluntatem dei in benefactis. Nam vt ait beatus Clemens antecessor  
noster: similis est omnīs ecclesie status nauī magne que p vndosum Pelagus diuer-  
sis & locis & regionibus viros portat/ad vnā potentis regni vibē properare cupie-  
tes. Sit ergo nauis auctor huius/dominus ipse omnipotens deus:governator vero  
sit Christus. tū deinde pro reti: officium episcopus impletat. pres byteri nautarū:dia-  
coni dispensatorū locū teneant . ii qui catechizant nautologis conferantur/ & reli-  
qua que in eius epistola continentur. restat igitur vt hec nauis cursu prospero tuta  
possit portū desiderate vibis intrare/ & deo preces fundere/ vt navigantes merean-  
tur audiri.

a Vduimus fratres quod quidā detrahūt & accusant sacerdotes dei: cupiētes  
eos damnari. sed nō intelligūt forsitan/ quod iniuria sacerdotū: ad Christū

go/ & presbyteri e regione a dextra leuaq; contrito corde & humiliato spiritu a-  
prono stet volto/custodiétes eū a maluolis hominibus:& cōsensum/eius prebeat  
sacrificio. Peracto autē sacrificio: omnes cōmunicēt/ qui noluerūt ecclasticis care-  
re liminibus. Sic enim & ap̄ostoli statuerūt: & sancta romana tener ecclesia. Seruite  
(inquit domin⁹ per prophetā Dauid) in timore; & exultate ei cū tremore. Adorate  
pure ne forte irascatur: & pereatis de via. Ille enim nō perit de via: qui recte gradit/  
& precepta custodit maiorū. Doceri ergo omnes oportet: qui domini sacredotio  
fungūtur/vt ceteros instruant atq; ipsis proslint. Scriptū est autē. Qui docti fuerint:  
fulgebūt quasi splendor firmamēti. & qui ad iusticiā erudiūt multos: quasi stelle in  
perpetuas eternitates. Et alibi. Popul⁹ autē sciens: dominū suū optinebit/& faciet/  
& docti in populo docebūt plurimos. Ipsa enim per se veritas infert & dicit. Beat⁹  
est: qui nō fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in deū: qui  
recte nō docet/& qui scandalizat episcopū vel sacerdotē. Impie nāc agentes sunt  
impii/neq; intelligent omnes impii: porro docti intelligent. Omnes autē inuicem  
humilitatē insinuate. quia domin⁹ superbis resistit: humilibus autē dat gratiā. No-  
lite (inquit Ioannes apostolus) omni spiritui credere: sed probate spiritus/si ex deo  
sunt/ quoniā pseudoprophete exierūt in mūndū. Et idē ipse alibi ait. Vos quod au-  
distis ab initio: in vobis permaneat. Si in vobis permāserit quod ab initio audistis;  
& vos in filio & patre manebitis. Et hec est r̄: promissio: quā ipse pollicitus est vo-  
bis vitā eternā. Hec scripsi vobis: de iis qui seducūt vos. Et vñctionē quā vos acce-  
pistis ab eo: illa maneat i vobis. Et nō necesse habetis vt aligs doceat vos: sed sicut  
vñctio eius docet vos de omnibus/& verū est/& non est mēdaciū/ & sicut docuit  
vos: manete in eo. Et nūc filiolī manete in eo: vt cū apparuerit habeamus fiduciā/  
& nō cōfundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniā iustus est: scitote quoniā  
& omnis qui facit iusticiā ex ipso natus est. Vide qualem charitatem dedit nobis pa-  
ter: vt filii dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit vos: quia nō  
nouit eum.

V

c Harissimi/nūc filii dei sumus:& nōdū apparuit quid erimus. Scimus quoniā  
cū apparuerit: similes ei erimus/quoniā videbim⁹ eū/sicut i est. Et omnis qui  
habet spem hanc in eo: sanctificat se/sicut & ille sanct⁹ est. Omnis qui facit peccatū/  
& iniquitatē facit: & peccatū est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit vt peccata tolles-  
ret: & peccatū i eo nō est. Omnis q̄ i eo manet: nō peccat. Et omnis qui peccat: nō  
vidit eū nec cognovit eū. Filoli nemo vos seducat. Qui facit iusticiā iustus est: sicut  
& ille iustus est. Qui facit peccatū: ex diabolo est. quoniā ab initio diabolus peccat.  
In hoc apparuit filius: vt dissoluat opera diaboli. Omnis q̄ natus est ex deo: pecca-  
tū nō facit. quoniā semen ip̄sus in eo manet: & non potest peccare quoniā ex deo  
natus est. In hoc manifesti sunt filii dei & filii diaboli. Omnis q̄ nō est iustus: nō est  
de deo/& qui nō diliḡ fratre suū. quoniā hec est ānūctatio quā audistis ab initio:  
vt diligamus alterutru. Non sicut Cain qui ex maligno erat: & occidit fratrem suū.  
Et propter hoc occidit eū: quoniā opera eius maligna erant/fratris autē iusta. No-  
lite mirari fratres: si odit vos mūndus. Nos sumus qui trāslati sumus de morte ad vi-  
tā: quoniā diligim⁹ fratres. Qui non diliḡ: manet in morte. Omnis qui odit fra-  
trem suū: homicida est. Et scitis quoniā omnis homicida: non habet vitam eternā  
in semetipso manentem. In hoc cognovimus charitatem dei: quoniā ille pro no-  
bis animam suā posuit. & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habue-

rit substātiā mundi / & viderē fratrē suū necessitatē habere / & clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo: Filioli nō diligam⁹ verbo / neq; lingua: sed opere & veritate. In hoc cognoscimus: quoniā ex veritate sumus. & in conīceptu eius suadēmus cordi nostro / quoniā si reprehēderit nos cor nostrū: maior est deus corde nostro / & nouit omnia. Charissimi: si cor nostrū nō reprehēdat nos: si duciā habemus ad dēū. & quidquid petierimus accipiem⁹ ab eo: quoniā mādata eius custodimus / & ea que sunt placita / corā eo facimus. Et hoc est mādatū eius ut credamus in nomine filii eius Ihesu Christi: & diligamus alterutrū / sicut dedit mandatū nobis. Et qui seruat mandata ei⁹: in illo manet / & ipse in eo. Et in hoc scimus quoniā manet in nobis: de spiritu quē dedit nobis. Et sicut deus creator / qui hominē ad similitudinē suā creauit / est charitas: est bonus / iustus / patiens atq; misericors / & reliqua sanctarū virtutū insignia / que de eo legūtur. ira homo creat⁹ est: vt charitatē haberet / vt bonus esset / & iustus / & patiens atq; misericors & misericors foret. Quas virtutes quādo plus quisq; in seipso habet: tāto propior est deo ac maior / si sui cōditoris gerit similitudinem . sin conditoris dissimilitudine (quod absit) aliquis per deūia viciorū / & diuortiacriminū ab hac nobilissima degener ob errat: tunc fiet de eo quod scriptū est. Et homo cū in honore esset / nō intellexit / cōparatus est iūmētis insipiētibus / & similis factus est illis . Quis maior honor potuit homini esse: q; vt ad similitudinē sui factoris cōderetur / & eisdē virtutū vestimentis ornaretur / quibus & cōditoris de quo legitur. domin⁹ regnauit decorē induitus est: id est omniū virtutū splēdore / & totius bonitatis decore ornatus. vel quod maius homini potest esse dedec⁹ aut infelicit̄ miseria: q; vt hac similitudinis gloria sui cōditoris amissa / ad īformem & irrationabilem brutorū iumentorum similitudinem delabatur:

VI

**q** Vapropter quisq; diligētius attēdat / primo cōditoris sui excellētiā: & venerāda sancte trinitatis in seipso imaginē agnoscat. honorēq; imaginis anime ad quā creatus est: nobilitate morū / executione virtutū / dignitate meritorū habere cōtendat. vt quādo apparuerit qualis sit: tūc similis ei appareat / qui eū mirabiliter ad similitudinē suam in primo Adam condidit / mirabiliusq; in secūdo reformauit. Omnis igitur homo qui ad imaginē dei factus est: illū debet īimitari / cuius ad imaginē cōditus est. illus debet sequi vestigia: qui eū ad imaginē suā condidit. Cōsiliariū vero ac protectorē meliore reperire nō poterit: q; illū qui eū ad imaginē suā cōdedit / qui eū precioso sanguine suo redemit / & propter eū homo fieri nō est dēsignat⁹. Quē proculdubio inueniet: si in eū totā spem iuxta psalmiste vocē proiecerit. Ait nāq;. Proiice super dominū curā tuā: & ipse te enutriet . nec dabit in eternū fluctuationē iusto. Omnis enim homo in sua causa deficiens / & in suis helitans cōsiliis: q;rit sibi amicū fidelē: in cui⁹ cōsiliis cōfidat / q; in suis diffidebat. & talē fiduciā habet in illo / vt omne secretū sui pectoris ei pandat & aperiat. Si ista cū hominibus fūit: quātomagis cū deo hoc agere gaudēdū: qui omnes vult saluos fieri / & neminē perire. Nā sī veraciter dēū credim⁹ / eūq; diligim⁹ vt debemus / & proximos sicut & nosmetiplos / in eūq; totā spem proiecerim⁹ nostrā: ipse nos eripiet & cōsolabitur. Et sicut p angelū suū / Abacuc prophetā cū prandio in lacū leonū ad Danielis valē misit / & Philippū vnū de septē diaconibus ad eunuchū: ita dabit nobis cōsolatiōnē & liberationē. Hec sectamini charissimi: & nulli vnquā nocete. fratres enim estis: inuicē vos diligite / vt veri domini discipuli effici mereamini. Nā qui rancore corda

pertinet/cui<sup>9</sup> vice funguntur. Nec hoc aspiciunt quod beatus princeps apostolorū/ PETRVS  
 instrutor noster ait. Deponētes igitur omnē maliciā/& omnē dolū/& simulatio-  
 nes/& inuidias/& omnes detractiones: sicut modo geniti infantes rationabiles si-  
 ne dolo lac cōcupiscite/vt in eo crescatis in salutē. Et dominus per prophetā inqt.  
 Qui vult vitam diligere & videre dies bonos: coerceat linguā suā a malo/& labia  
 eius ne loquantur dolū. & reliqua. Qui autē ista transgrediūtur: profecto trāgres-  
 sores legis dei & contēptores atq; inobedientes eius preceptis/existūt. Vnde & be-  
 atus Iacobus ait. Si diligitis proximos sicut vosmetipso: benefacitis. Si autē perso-  
 nas accipitis: peccatū operamini/redarguti a lege/ quasi trāgressores. Et beatus ac  
 predecessor noster Clemens vir apostolicus/ & spiritu dei plen<sup>9</sup>/ vna cum reliquis  
 sanctis collegis suis statuit dicens. Accusandi vel testificandi licentia denegetur om-  
 nibus: qui christiane religionis & nominis dignitate/ & sue legis vel sui propositi  
 normā/aut ex regula prohibita neglexerint. trāgressores enim sponte legis sancte/  
 eiusq; violatores/desertores/apostateq; nominantur . Omnis enim apostata refu-  
 randus est ante reuersionē suā:neq; in accusatione recte agentiū aut testimonio/su-  
 scipiēdus. quia vir duplex animo incōstans est in omnibus viis suis. Quicq; autē  
 vt ait beatus Iacobus totā legem seruauerit/offendat autem in vno: factus est reus  
 omnīt. Qui enim dixit: non mechaberis: dixit & non occides. Quod si nō mecha-  
 beris occides autē: factus es transgressor legis. Sic loquimini & sic facite: sicut per le-  
 gem libertatis incipientes iudicari. Judicūt enim sine misericordia illi fiet:qui nō fecit  
 misericordiam. Superexalte autē misericordia iudicūt. Et dominus ait. Nolo mor-  
 tem peccatoris: sed vt cōuertatur & viuat. Et multa talia horūq; similia. Nemo enī  
 inquit apostolus nostrū sibi viuit/& nemo sibi moritur. siue ergo viuimus siue mo-  
 rimur: domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est/& reuixit: vt & viuorum  
 & mortuorū dominetur. Tu autē quid iudicas fratrē tuū/ aut tu quare spēnīs fra-  
 trem tuū: Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim. Viuo ego di-  
 cit dominus: quoniā michi flectetur omne genu / & omnis lingua confitebitur  
 domino. Itaq; vnuſquisq; nostrū pro se rationē reddet deo. Non ergo amplius in-  
 vicem iudicemus: sed hoc iudicate magis/ne ponatis offendiculū fratri/vel scādalū.  
 Scim<sup>9</sup> enim quia multū derogatio preualet: quando derogator creditur fide dign<sup>9</sup>.  
 Ideo fratres variis detractionib; & accusationib; nō oportet labefactari iudices  
 & primates ecclesie: sed magis apostolorum/& doctorum regulis informari & ro-  
 borari.

v Nde notū est omnes in vniuerso romanorū orbe doctores legis/ea que le-  
 gis sunt recte sapere & operari: & nō regulas nascētis ecclesie cōfundī . aut  
 fidē apostolorū variis maculare doctrinis/nec fratres ifestare. Si autē omnia in hoc  
 seculo vindicata essent: locū diuīna iudicia nō haberet. Superuacuis enim ad bene-  
 ficia laborat impēdiis: qui solē certat facib; adiuuare . Ideo si aliquis putat deo in  
 hoc placere quod seruos suos accusat/& vt meliores fiant dicit se hoc agere; in va-  
 nū laborat/& plus inuidie stimulis agitatur q; charitatis . quoniā gratia plenitudo:  
 adiunctione nō indiget/nec vlla requirit cōmendationis augmenta. Erigūt ergo do-  
 ctores cōscientias suas: & si quādo incertis temporū flatibus opponūtur/sustinent  
 mala/que seculis magis sunt ascribenda q; meritis. Data enim scimus Sathane potes-  
 statē:vt seruos Christi cribaret. vt quod de tritico inueniri posset: horreis īgerere-  
 tur. & quod de paleis: ad igniū alimēta transiret. Ad vos specialiter dictū est. No-

Iacobus

Clemens

Iacobus

Paulus

III

Legis docto-  
res: episcopi /  
qui & pastores  
dicuntur

Ite timere pusillus grex : cōplacuit patri vestro dare vobis regnū . Venit inter vos  
 gladius perfidorū: vt marcida ecclesie mēbra resecaret / & ad celestem gloriam sana p-  
 duceret. Quos habeat Christus milites: certamen ostēdit. Cum triūphū mereātur: p-  
 bella cognoscātur. Scimus autē multos ob id infestare doctores: vt eos perdant / &  
 proprie volūtatis placita adimpleāt. Nō propterea tamē doctores/inquantū vīres  
 suppetūt: a recta emulatione & bona institutione recedere debet/ sc̄iētes quia beati  
 qui p̄secutionē patiūtūr propter iusticiā. Nichil autē illo pastore est miserius: q̄ lu-  
 porū laudib⁹ gloriatur. quibus si placere voluerit/atq; ab illis amari delegerit: erit  
 hinc ouibus magna pnicies. Nullus ergo pastorū: placere lupis / & gregib⁹ ouium  
 potest. Perdit enim laboris memoriā: mens terrenis obligata carceribus. Sicut artū  
 in suo quoq; opere inuenitur mater instātia: ita nouerca eruditioñis est negligētia.  
 Nullus ergo preiudicūt alteri faciat: necq; quod sibi fieri nō vult exerceat. Nemo di-  
 ctū de aliquo inueniat: quod in etiis actibus nō agnoscat. Ego autē labefactatā nō  
 solū quietē meā: sed & salutē inimicorū iualescētia & rumorum procellis agnosco.  
 Potēs est tamē diuinitas immēsa: tēpestatis incerta/bono serenitatis fine/ainouere.  
 Et quid aliud si Christus passus est pro nobis/vobis relinquēs exēplū vt sequamini  
 vestigia eius / & apostoli passi sunt lequentes eius exēplū / & reliqui patres: nūl vt se-  
 quamur vestigia eius / & tā doctrinā eorū q̄ etiā exēplū / & patiamur aduersa pro  
 Christo / & cū patrib⁹: atq; cū fratrib⁹ crucē portemus/eorūq; tribulationib⁹ cō-  
 patiamur / & Christi veri discipuli inueniamur: qui dixit: qui vult post me venire:  
 abneget semetipsum / & tollat crucem suā / & sequatur me. presumpcio est: si domi-  
 norū beneficia/famuli nō sequātur. obsequiū ergo existimādū puto: quod peritus  
 rūpēdo. Quid est enim quod plus creditur filii vocabulū valere q̄ obsequiū: &  
 nō queritur quid in amoris lance promoueatur: sed quale ad preiudicium estimāti  
 rūmē opponas/cū apud prudētes frustra sobolē dīcim⁹: nisi exhibeat quod vocā.  
 Ego vero nolo errore meo alienas culpas asserere: vt factū quod doleo/ admisisse  
 cōvincar. Odisti (inquit dominus per prophetā) omnes operātes iniquitatē: pdes  
 loquētes mendaciū. Vūlū sanguinū & dolosum abhominabitur dominus: ego au-  
 tē in multitudine misericordie tue introibo in domū tuā/ adoraboq; in templo san-  
 ctio tuo in timore tuo. Domine deduc me ī iusticia tua propter inēcātores tuos di-  
 rige ante faciē tuā viā meā. Nō enim ī ore eorū recētū: interiora eorū insidie. Sepul-  
 crū patēs est guttur eorū: linguā suā leuiscāt. Condēna eos deus: decidāt a cōlliis  
 suis iuxta multitudinē scelerū eorū. & expelle eos quoniā prouocauerūt te. Et letē-  
 tur omnes qui sperāt ī te: in seculū laudabūt nōmē tuū. Et proteges & lerabūt  
 ī te qui c̄ illigūt nomē tuū: quoniā tu benedices iusto. domine vt hasta placabilita-  
 tis coronabis cū. deo enim sacrificantes perfecte/nō debent vexari: sed hortari/cō-  
 solari/ atq; ab omnib⁹ venerari. III

i P̄si autē quando domino sacrificāt/nō soli hoc agere debet: sed testes secum  
 adhibeāt/ vt domino pfecte ī sacrificiis deo sacrificare locis probētut. Ait nā  
 q̄ authoritas legis diuine. Vide ne offeras holocausta tua ī omni loco quē vides  
 tis: sed ī loco quē elegerit dominus deus tuus. Episcopus deo sacrificans: testes vt  
 prefixū est secū habear/& plures q̄ alius sacerdos. sicut enim maioris honoris gra-  
 du fruitur: sic maioris testimonii indiget incremento. In solēnioribus autē diebus  
 aut septem/aut quinq; aut tres diaconos qui eius oculi dicuntur/ & subdiaconos  
 atq; reliquos ministros secū habeat: qui sacris induti vēstimentis ī fronte & a ter-

vñrorū infideli: maliciā inter homines spargit. Et qui detrahit fratri suo: homicida est. Et q abstulerit aliquid patrī vel matri/dicitq hoc peccati nō esse homicide particeps est. Pater vester sine dubio de⁹ est: q vos creauit. Mater vero vestra ecclesia: q vos in baptismo spiritualiter regenerauit.

XII

Si it ergo fratres cōstantia vestra aduersus cōtētionē eorū/q aduersa sapit: & nō q dei sūt sapit/& erit fortior petra cōstātia vñra sicut scriptū est. Ne timueritis ab eis/neq̄ terreamini a facie eorū q̄ corpus occidūt: animā aut̄ nō possūt occidere. Quod aut̄ in aure auditis/predicate in lumine: illū timētes q̄ potest ai am & corp⁹ occidere/& mittere in gehēnā. Fratres mei in carne abulātes: nō scđm carnē militam⁹. Arma eñm militie nostre nō carnalia/sed potētia deo ad destruētionē munitionū/cōsilia destruētes & oēm exaltationē extollēte se aduersus sciētiā dei/& i cōptiuītate redigētes oēm cogitationē i obsequiū xpo perducētes. de cetero fratres cō fortamini i dñō/& i potētia fortitudinis ei⁹/vt pax vobis multa & gratia a deo & dñō nostro iesu xpo ministretur. Ampleximur & osculamur ac si presentes charitētē vestrā i vnitate spūs/i vinculo pacis & charitatē xpi. Propter quod charissimi expectantes:satagitē imaculati & inuolati inueniri in pace. & dñi nostri lōganimitatē salutē arbitramini sicut & charissim⁹ frater noster paulus secūdū datā sibi sapiētiā scripsit vobis:sicut & in oib⁹ ep̄lis loquēs i eis de iis i qb⁹ sūt qdā difficilia itelleatu/q̄ indocti & instabiles deprauant (sicut & ceteras scripturas) ad suā perditionē. Vos ergo fratres: presciētes/custodite ne iſipietū errore traducti/excidatis a ppria firmitate. Crescite vero i grā & agnitōe dñi nostri iesu Christi & salvatoris. Vos aut̄ charissimi memores estote verborū q̄ predicta sūt ab apostolis dñi nostri iesu xpi:q̄ dīcebant vobis. quoniā i nouissimo tpe venier̄ illusores/secūdū sua desideria abulantes in ipietate. H̄i sunt q̄ segregat lemetipos/animales/spiritū nō habētes. Vos aut̄ charissimi supedificātes vosmetipos sanctissime vestre fidei i spiritu sancto orantes: vos ipsos i dilectōe dei seruate/expectātes misericordiā dñi nr̄i iesu xpi i vitā eternā. Et hos qdē arguite iudicatos: illos vero saluare de igne rapiētes/aliis aut̄ miseremini i timore/odientes eā q̄ carnalis est macularā tunicā. ei aut̄ qui potens est cōseruare vos sine peccato/ & cōstituere ante cōspectū glorie sue imaculatos i exultatione soli deo salvatori nostro/ per iesum christū dñm nostrū gloria/magnificētia/& i mperī & potestas ante oīa secula/nūc & per omnia secula seculorū. Amen.

HERACLIDIS/ RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI

EPISTOLE CLEMENTIS ET ANACLETI PARISIIS

EX OFFICINA BELLOVISIANA FINIS:

IMPENSIS IOANNIS PARVI BIBLIO,

POLE DILIGENTISSIMI ANNO

DOMINI SALVATORIS. M.

D. IIII. IDIBVS IVLLIIS

IVLLIO SECVNDO

## P O N T I F I C E M A X I M O.

<b>C</b> Index librotū secūdū ordinem litterarum.	Ammon	4 do	17
Athanasius	Antonius	4 adagium	19
Antonius	2 Athanasius	5 Adolia	25
Alexandria virgo	2 Agape charitas & elemo	afella	25
Arsilius	3 syna	7 adiuta	25
	4 Abrenūciatiōes a mun:	Adolius	25

Albina	50	Eustochius	25	Ne quis se liget	36
Alaricus	32	Eunomia	25	Nemroth	45
Albina	32	Esau	28	Or monachus	5
Arriaui	32	Enesius	29	Origenes	32
Anies/ Iosue	46	Eustachius	29	Potamenia virgo	2
Apion	110	Eusebius	32	Pachomius	4
Anubion	110	Eustachius	34	Pambo	5
Balsamum	4	Faustinianus	94	Pietrus	5
Beniamin	6	Faustinus	94	Piterius	19
Blemmii populi	19	Faustus	94	Pemenia	21
Basilius	23	Gregorius	30	Publice dissertationes	24
Bassimilla	25	Gelasia	30	Photina	25
Basilius	27	Gamaliel	49	Paulus	28
Basilius	30	Heraclides episcopus		Paralyticus	28
Barnabas	41	bithynie	21	Pimanus	30
Blasphemie Simonis		Hippolitus	32	Pierius	30
magi	66	Heliedrus	45	Pimanus	32
Cenodoxia	1	Ingenium Isidori	3	Pythagoras	36
Caste ammonis nuptie	4	Ioannes	7	Plato	36
Culices	9	Iamnes & mambres		Petrus	36
Clemon	11	magi	9	Philosophi gentiles	90
Cleomon	22	Ioannes episcopus	15	Regule pro monachis	18
Chrysostomus	25	Iulianus apostata	26	Rufinus	27
Constantius impator	26	Iob	28	St.phanus	5
Confessio	40	Iudas	28	Sacerdos adulter	10
Caiphas	49	Iouinius	50	Spiritus cōcupiscentie	15
Cam	74	Joseph	36	Sabiniana	25
Cornelius	10	Lapsi monachi	16	Silinnius	29
Curiositatis malum	36	Littere monachoru	18	Septē stelle erratiles	29
Demetrius	2	Liber Itromaton Cle		Silvia	30
Dorotheus	2	mentis	31	Stephanus	30
Dorothei tollerantia	2	Melania	3	Seleucus	30
Didymus	3	Melania	5	Symmachus	30
Dorotheus	17	Macarius egyptius	7	Seres/populi	94
Diocles	31	Macarius alexandrini	8	Symbolum	112
Diogenes	36	Marcus monachus	10	Theodosius	2
Discipuli domini	36	Melania neptis	30	Theodora	5
Duodecim apostoli	49	Macarius	32	Taor virgo	31
Dositheus	52	Manichei	36	Tyberius	41
Dii egypti	78	Maro	71	Theophilus	18
Divinitas Christi	112	Mefraim	24	Veneria	25
Dii gentium	105	Matidia	84	Sacheus	43
Extasis	2	Nō lapsi monachi	17	Soroastes	74
Euragius	5	Nectarinus	23		
Eulogius	12	Nuptie tēpore heraclii	34		





